

num. 137. quod esse imaginatum proprie non est medium inter sensibile, & intelligibile, sed extremum ab intelligibili conditum, & sub sensibili contentum, quod sub se diversis continet sensibilitatis gradus; Vel si est medium non est medium simpliciter necessarium respectu cuiuscunque intellectus, quia tunc medium in intellectu Angelicus sed nec etiam divinus res materiales intelligere possent, cum sensu careant, sed tantum respectu intellectus coniuncti; & ratio est, quia ut inquit Doctor, quod ut medium virtuti minor non est, vel non oportet esse medium maiori, ut constat de translatione corporis de uno in alium locum respectu virtutis naturalis, & supernaturalis. Ad tertium dicendum est, vel naturam Angelicam media tantum in essendo inter Deum, & hominem, non autem in operando, si Angelus, & anima non distinguantur specie in genere intellectivi; est Scot. 2. dist. 1. qu. 6. probabile censet, vel concedendo, quod etiam mediet in operando, adhuc neganda est consequentia; aliter probaretur dari de facto infinitas species in intellectu Angelicorum possibilem, & dicendum ex hoc ad summum concludi posse Angelicum intellectum ab initio formatum esse a Deo, tanquam ab auctore nature, speciebus omnium naturarum communium, quae de facto conditae sunt in hoc universo.

130 Tertio, in rebus quae per modum naturalis sequela nexam habent propriam perfectionem, superfluit principium intrinsecum eam acquirendi, ut patet in Caelo, in quo cum habeat suas perfectiones sibi coevas, frustra poterentur instrumenta, a quibus eas acquirere possent, frustra rerum ita sequentium intellectum Angelicum; ergo non datur in Angelo intellectus agens ad eas acquirendas. Confirmatur, corpora superiora nempe caelestia habent suas perfectiones sibi possibilem, non acceptas a rebus, sed sibi concretas; corpora vero inferiora eas acquirunt; ergo idem accidit in spiritibus superioribus, & inferioribus quod superiores, scilicet Angeli habebunt sibi concretas suas perfectiones, inferiores vero, scilicet animae rationales accipiem illas a rebus. Denique quae sunt divisa in inferioribus sunt unita in superioribus; ergo intellectus, qui dividitur in homine in agentem, & possibilem, talem divisionem non habet in Angelo.

131 Respondeo negando minorem ex dictis. 12. ad secundum admissio antecedente de quibusdam Caeli perfectionibus, negatur consequentia ex dictis ibidem, quia illae perfectiones sunt talis conditionis, quod a tota natura non sunt causabiles in tali subiecto, ac idem opus fuit a Deo, ut auctore nature, statim Caelo concretari; at rerum naturalium cognitionem possit Angelus propriae nature viribus obtinere, unde absolute loquendo opus non fuit illarum omnium species esse illi congenitas; alioquin sequeretur, quod a Deo productus in puris naturalibus esset deterioris conditionis intellectus nostro, qui ex viribus suis potest illas cognoscere, imo esset veluti truncus, ut ait Rada, nequens aliquid aliud a se intelligere. Ad ultimum dico ad eam propositionem verificandam sufficere, ut quaecunque novis homo per diversis potentias intellectivas, & sensitivas, per unam potentiam intellectivam cognoscat Angelus formaliter distinctam in agentem, & possibilem.

Quarto tandem, obiectum adaequatum intellectus Angelici est quidditas rei immaterialis, quae est actu intelligibilis; sed intellectus agens datur, ut reducat obiectum de potentia intelligibilis ad actu intelligibile, quo non indiget quidditas immaterialis. Confirmatur hoc ex ipsis notis principis, quia cum obiectum materiale dicitur esse potentia intelligibile, non actu, iam diximus disp. 6. de anima q. 3. & qu. 8. art. 2. hoc intelligendum non esse respectu cuiuscunque intellectus, quasi intrinsecam habeat conditionem intelligibilitatis repugnantem; sed tantum respectu intellectus coniuncti, quatenus oportet, quod prius per omnes sensus transeat ad phantasmam, & hinc ad intellectum, ideoque a tali intellectu non est actu intelligibile, & immediate, sed potentia, & mediate; si ergo obiecta materialia sunt actu intelligibilia in ordine ad intellectum Angelicum, nulla est necessitas ponendi in Angelis intellectum agentem, cuius munus est reducere obiectum materiale de intelligibilitate potentiali ad actuale, unde ait Arist. 6. de anima, quod si materiale esset actu intelligibile, non oporteret ponere intellectum agentem. Respondet Doctor negando assumptionem, imo obiectum adaequatum Angeli aut esse constitutum alicuius universale, & commune per praedicationem, quod continet sub se omnia ab Angelo intelligibilia, cuiusmodi sunt non tantum immate-

rialia, sed etiam materialia, & sensibilia; cum ergo sensibilia non sint actu intelligibilia, sed potentia, opus erit ponere intellectum agentem in Angelo, per quem fiat actu intelligibilia ipsi Angelo.

Ad Confirmationem concedo, materiale obiectum non esse ita potentia intelligibile respectu intellectus Angelici, sicut est respectu intellectus coniuncti; tale enim dicitur respectu intellectus coniuncti, quatenus oportet quod prius per omnes sensus transeat ad phantasmam, & hinc ad intellectum, ideoque a tali intellectu non est actu intelligibile, & immediate, sed potentia, & mediate; Et in hoc sensu intelligendum est Aristotelis dictum, quod si materiale esset actu intelligibile, non oporteret ponere intellectum agentem, ad hoc nempe minus obviandum, ut transeat de ordine in ordinem, tunc enim esset obiectum immediate abique transitu per sensus intelligibile; adhuc tamen neganda est consequentia, nullam remaneret necessitatem intellectus agens in Angelo, quia licet cessaret necessitas ex illo capite posita, adhuc tamen ex alio capite est necessarius, nempe tanquam concausa cum obiecto materiali concurrentis ad productionem speciei intelligibilis, quam obiectum materiale totaliter producere non potest, cum sit effectus omnino spiritualis, ut diximus disp. 6. de anima num. 92. ad quintum, quae quidem necessitas communis est tam intellectui coniuncto, quam separato, ubi prima necessitas scilicet transferendi obiectum de ordine in ordinem propria est intellectus coniuncti; Hinc cum Doctor 2. dist. 3. qu. 11. B. in solutione ad argumentum praecedens inquit ponendum esse in Angelo intellectum agentem, ut sensibilia, quae sunt in re potentia intelligibilia, sicut ipsi quoque Angelo actu intelligibilia; non ita intelligendum est, quasi sensibilia sint in equali gradu potentia intelligibilia respectu intellectus Angelici, sicut coniuncti, sed intelligi debet, sicut ipsemet declarat 1. dist. 3. qu. 6. P. ubi ait: sensibilia non esse actu intelligibilia in se, sed tantum per speciem; & hoc quantum ad cognitionem abstractivam, quoniam abstractivum nunquam fuit actu intelligibilia, nisi in specie, & per speciem tam ab intellectu coniuncto, quam separato; & ante speciem in intellectu productam dicitur tantum potentia intelligibilia hoc genere cognitivum, quam etiam doctrinam habet Doctor 2. dist. 9. qu. 2. R. quod totum notavimus disp. 6. cit. num. 92. Ex quibus omnibus patet maiorem esse necessitatem intellectus agens in homine, quam in Angelo, nam in homine ex duplici capite necessarius est, in Angelo ex uno tantum capite, quod valde notandum est; alia argumenta ad idem referemus qu. 1. seq. connexionem habet cum illa.

QUESTIO SEXTA.

An Angelus cognoscat res ordinis naturalis per species concretas, vel potius acquisitas.

Prima, & communis Thomistarum sententia negat 132 Angelum cognoscere posse res ordinis naturalis, si ve sint immateriales, si ve materiales per species ab ipsis acceptas, qua ratione negabat qu. 1. preced. in Angelis reperiunt intellectum agentem, & possibilem; & assentit eas cognoscere solum per species congenitas; in quo puncto dissident postea inter se Thomistae, nam aliqui affirmant eas habere Angelum a natura ipsa congenitas, tanquam passionem a propria essentia fluentes, ut Capreolus 2. dist. 3. qu. 2. art. 3. Caiet. par. 1. qu. 54. art. 4. & qu. 55. art. 3. Banez ibidem art. 2. Valentia ibid. par. 2. Medina, Ripa, Nazarius ibidem Cabrera 3. par. qu. 9. art. 3. Granada. tr. 2. de Angelis disp. 3. Alii vero communiter negant Angelum habere species a propria natura congenitas, sed a Deo immediate concretas, & insulas ab initio creationis eius, ut Ferracibus 2. contra gentes cap. 98. Zamel. par. 1. qu. 55. art. 2. qu. 2. Molin. disp. 2. memb. 3. Suarez lib. 2. de Angelis cap. 7. Amic. disp. 9. scilicet 6. Lezana tr. 6. disp. 2. qu. 7. Aversa qu. 55. scilicet 2. Salmanticenses ibidem Arias. tr. 1. de Angelis disp. 6. & alii Thomistae passim. Qui rursus adhuc inter se dissentunt de numero specierum insularum, nam Thomistae communiter affirmant Angelis ab instanti sui creationis Deum insulas species de omnibus obiectis creatis, & in particulari de singulari etiam futuris, ut fuisse tunc Suarez 1. 2. c. 6. alii vero dicunt Angelum habuisse tantum species insulas a Deo earum rerum, quae de facto condidit; quoad alia vero, quae postea futura erant, non vixit illis insulas species, alioquin per eas possent certo futura

tura cognoscere, ita Aversa, & Arias loc. cit. qui etiam negat omnium individuorum de facto existentium habuisse Angelum species insulas, sed tantum aliquorum praesertim incortupibilium; imo nec forte omnium specierum praesertim earum, quae imperfectissimae sunt, ac nullius momenti; adhuc tamen negat Angelum tales species ab ipsis obiectis recipere, sed ait a Deo insulas successu temporis, quando talia obiecta occurrunt Angelo.

133 Secunda opinio licet cum prima conveniat quod obiecta materialia, quod nequeant ab Angelo cognosci per species ab ipsis acceptas, sed tantum a Deo insulas, dissentit tamen ab ea circa res spirituales, & immateriales, asserens Angelum eas intelligere per species ab ipsis acceptas, & non per species sibi concretas, ita Alen. 2. par. 2. qu. 24. memb. 2. quam ut probabilem tenet Molin. loc. cit. & Aversa dicens quod est de facto Angelus species non accipiat a rebus spiritualibus, nulla tamen apparet ratio sufficiens, cur non possit accipere, quia ratio probans de obiectis materialibus non procedit de spiritualibus, imo potius habet proportionem ad producendum species in intellectu Angeli, & sic etiam loquitur Suarez lib. 2. cap. 5. & Arias disp. 5. scilicet 3. putat etiam de facto id valde probabile; Tertia tandem sententia asserit Angelos virtute sua naturali posse accipere, & acquirere species a rebus nedium spiritualibus, sed etiam materialibus de facto rament ad cognoscendas rerum quidditates recipere ab initio species insulas omnium naturarum de facto conditarum, non tamen omnium singularium (ob ipsa existentium), praesertim ut intuitivae cognoscantur existentia, & praesentia; ita Scotus 2. dist. 3. qu. 1. c. cum omnibus suis qu. 1. praeced. c. talis Antiquior intellectus agentem, & possibilem in Angelis admitentes; sicut enim Thomistae idem Angelis negant intellectum agentem, quia nequeunt species excipere a rebus materialibus, & sic id intellectus agens frustra in eis poneretur; ita contra ponentes in Angelis intellectum agentem, ne frustra ponatur, concedere debent, quod aliquas species recipiant a rebus.

ARTICULUS PRIMUS.

Angelum accipere posse species a rebus etiam materialibus.

134 Dicendum Primò Angelos posse accipere species a rebus nedium immaterialibus, sed etiam materialibus. Conclusio est Scoti, & Scotistarum loc. cit. quam etiam concedunt aliqui ex Adversariis saltem de potentia Dei absoluta, ut Lezana loc. cit. & quidem Primò quoad res immateriales probatur evidenter, nam Angelus, aut res spirituales habet virtutem naturalem producendi speciem sui in potentia cognoscitivam, ergo eam producere possunt in intellectu Angelico; antecedens probatur, quia obiectum sensibile habet virtutem naturalem producendi speciem sui in potentia sensitiva sibi proportionata; ergo etiam obiectum spirituale, quale est Angelus eandem habebit virtutem producendi speciem sui in potentia sibi proportionata, qualis est intellectus Angelicus; Consequentia vero prima probatur, quia talis virtus nequit excipere formam spiritivam potentiam, cum non sit capax recipiendi formam spiritivam; nec circa intellectum humanum, quia ille naturaliter loquendo solum potest recipere species a phantasmibus dependentes; ergo circa intellectum Angelicum, alioquin virtus productiva speciei spiritualis in obiecto immateriali esset omnino frustra, sicut ipsi contra nos urgent de intellectu agente, quem ponimus in Angelis, unde hac ratio nedium de possibili probat, sed etiam de facto, quod intellectus Angelicus aliquas tales accipiat species ab obiectis immaterialibus, nec talis virtus productiva specierum sit frustra a toto genere, & in aliquo obiecto non reducat ad actu; Tunc quia ordo naturalis providentiae est, ut ea, quae in potentia naturalibus continentur, per illas, & non immediate a natura auctore fiat, si commodè fieri poterit Confirmatur, quia idem obiectum sensibile potest producere sui speciem in potentia sensitiva, quia est sensibile in actu; ergo pari ratione, quia res spiritualis est obiectum actu intelligibile, potest facere idem in potentia sibi proportionata.

Respondet Lezana, quod quamvis Angelus, aut res spiritualis habeat quantum est ex parte sua virtutem ad producendum speciem sui in potentia cognoscitiva alicuius Angeli, nihilominus de facto non potest illa facere ex eo, quod talis species est producta a Deo in Angelo, quia est a Deo produ-

ctus perfectus; & quoad hoc sibi soli subordinatus. Sed argumentum ipsum directe hanc responsonem infringit, quia tunc talis virtus productiva specierum esset omnino frustra in obiectis spiritualibus; & ut inquit Arias in illis semper debemus salvare per causas secundas, quae per illos commodè explicari ut, ac asserendo in Angelis esse eam vim concurrentem, & de facto eam exercendam, magna ex parte id praestamus, quo autem modo adhuc salvatur Angelum esse a Deo productum perfectum, patet postea in solutione obiectum. Hac de causa Suarez cit. quamvis eam tertiam opinionem de possibili iudicet probabilem, attamen in fine capitis concludit probabile fati esse substantias spirituales, ut obiecta intelligibilia, de facto non habere naturalem virtutem efficiendi speciem sui intelligibilem in alio intellectu Angelico; Quod ibi probat primò ex parte potentiae activae, quia secundum naturalem ordinem talis virtus nunquam potest operari talem effectum; ergo talis virtus esse frustrata; Secundò ex parte potentiae passivae, quia intellectus Angelicus natura sua non est in potentia respectu talis actus; itur naturaliter possit carere illo, sed semper, ac necessarìo habet illum, ex quo uno principio ait Nazarius qu. 55. art. 2. controverti. rueret omnia argumenta, supponunt enim intellectum unius Angeli esse capacem speciei noviter ab illo recipiendae, quod est falsum; Tertio tandem id ipsum probat Suarez ex parte ipsarum specierum, quia ex natura sua volunt fieri in Angelo per concrecionem cum illo; Fateur tamen ingenue Suarez hac argumenta non esse intolubilia, & merito quidem, quia unumquodque in antecedente principium petit, & assunt quod probati debent, & constanter negamus, ut patet ex dictis in praecedenti questione, & melius ex dictis constabit; Itaque conclusio quoad obiecta immaterialia est sufficienter probata, quia sunt plane proportionata ad similes species imprimendas totaliter in intellectu.

Secundò probatur etiam conclusio de obiectis materialibus delirando precipuum Adversariorum fundamentum, quod est quia eas species non potest Angelus accipere ab obiectis, cum haec sint protus improporionata; ut illas producant, atque idem debent eas recipere a Deo, quod argumentum Suarez cit. cap. 6. vocat demonstrativum; etenim ut arguit Doctor 4. dist. 4. qu. 2. A. probando hoc idem de anima separata, & nos cum ipso disp. 8. de anima num. 20. phantasma talem habet proportionem cum intellectu agente ut possit ab ipso immediate abstrahere speciem; cum tamen & ipsum sit in materia, & in organo extenso; ergo idem asseri poterit, atque debet de obiecto ipso extenso; Neque valet communis Thomistarum responso, non posse obiecta materialia immediate intellectum movere, & illi species imprimere, sed meius sensibus debere prius attenuari, ac veluti spiritualizari, ut postea à phantasmibus species abstrahantur intelligibiles, atque idem pariter non valere in argumento assumptionem de obiecto extenso, & phantasmate. Hanc enim valide rejicit Doctor ibidem, quia quod phantasma sit sine materia intrinseca non facit quod sit activum, adhuc enim est verè in materia, hoc est, in organo extenso, & aequè impeditur actionem in intellectu immaterialem existere in hac materia extensa, sicut existere in illa materia extensa; sed tantum per hoc agit phantasma in intellectu, quia est representativum obiecti; ergo hoc aequè potest res in se, quae aequè est representativa sui; Tum quia parum refert, quod phantasma sit attenuatum, & minus materiale, quam obiectum ipsum extensum, quia nihilominus adhuc continetur in serie entium materialium, & nihil est in phantasmate, propter quod sufficit ad causandam speciem cum intellectu, quod non fit in re extra, cuius est phantasma; Tum tandem, quia, ut arguebamus loc. cit. de anima separata, cum intellectus lequatur multo inferior sit, & expeditior, quam conjunctus, majorem quoque habeat virtutem abstractivam; ergo quamvis conjunctus egeat imaginationem ad abstractionem specierum, intellectus tamen separatus eo non eget, sed immediate poterit ab obiectis abstrahere, & sic major intellectus activitas impediturum majores materialitatis compenabit.

Respondet Amicus cit. disp. 9. num. 89. falsus hanc esse gravem difficultatem; primò negando eum multis phantasma active concurrere ad productionem speciei intelligibilis, sed solum exemplariter, obiectivè tantum ostendendo phantasma expressum, à quo obiectivè determinatus animus per intellectum agentem abstrahit speciem intelligibilem representativam quidditatis materialis, à qua responsonem parum distat alia Granada dicens phantasma non

non efficiere in nobis species spirituales; sed tantum esse conditionem, qua posita intellectus solus eas species efficit, unde nunquam offenditur rem materialem posse immediate attingere spirituales. Verum phantasma non exemplariter tantum, sed active concurrere cum intellectu, ut causam minus principalem jam ostendimus *disputatio 6. de anima q. 1. art. 2. num. 98.* ex Scoto 1. *disputatio 3. qu. 3. D. & 4. disputatio 5. qu. 2. §. ad questionem.* & qu. 15. R. & est communis opinio, quam tenet Arriaga *disputatio 5. cit. num. 34.* & demonstrat rationibus jam a nobis adductis *locus* quia si intellectus eas species adequatè contineret, frustra poneretur distincte, sed immediate posset intellectus ipse ad intellectionem concurrere; tum quia etiam in aliis speciebus sensitivis visus, auditus, &c. non ipsa potentia in se eas species producat ad presentiam obiecti, sed eas ab obiectis accipiunt.

136 Respondet proinde secundo Amicus negando phantasma, ut materiale formaliter, esse naturale instrumentum intellectus a generis ad productionem speciei intelligibilis, sed ut elevatum aliquo modo a sua materialitate; à duplici namque materialitate elevatur phantasma expressum (nam hoc inquit, & non in pressum est instrumentum intellectus agens) à materialitate obiectiva, quia non repræsentat obiectum divisibiliter, sed indivisibiliter, qualibet enim pars phantasmatis repræsentat totum obiectum; & à materialitate subjectiva, quatenus phantasma est actus vitalis elicitus ab anima spiritali, ut à forma principali simul cum phantasia ipsa; & propter hæc igitur duplicem elevationem à materialitate obiectiva, & subjectiva, phantasma expressum fit aptum instrumentum intellectus agens ad productionem speciei intelligibilis; quia duplici elevatione, quia caret res materialis non potest esse instrumentum connaturale intellectus agens ad productionem speciei intelligibilis. Sed in primis hæc responsio falsum ponit, quod phantasma sit actus ipse phantasticus, & non potius ipsa phantastica species impressa, communiter enim hæc species dicitur esse phantasma; non autem actus ipse phantasia; ut dicitur *disputatio 4. de anima num. 83.* nam species impressa est, quæ dicitur se habere, ut semen obiecti sed quicquid sit de hoc, responsio hæc solis verbis differt à communi Thomistarum iam reiecta; quod enim ipsa dicebat phantasma non concurrere ad productionem specierum, nisi attenuatum, & spiritualizatum, hoc idem significat Amicus dicens non concurrere, nisi elevatum à materialitate duplici illa elevatione obiectiva, & subjectiva. & idem refellenda est, sicut illa, nam quibuscumque verbis id explicetur, semper urget argumentum factum, quod phantasma etiam sic elevatum adhuc continetur in serie entium materialium, & non spiritalium, & nihil adhuc est in eo sic elevato, propter quod sufficit ad causandam speciem cum intellectu, quod non fit in re extra, cuius est phantasma, nam tantum ex parte, in quantum est repræsentativum eius.

137 Respondet tandem ex Cajetano. Nazarius *questio 55. art. 2. controver. 1.* in phantasmate duo considerari debere, scilicet rationem agendi, & conditionem ad agendum necessario requisitam ratio agendi, seu producendi speciem est natura in phantasmate repræsentata, cui assimilatur species intelligibilis; conditio verò agendi est esse spirituale, seu sensibile supremi gradus, quod est esse imaginabile: ratio est quia ut ait Dionysius de Divinis nominibus ordo universi postulat, ut supremum in finem attingat infimum supremi sunt autem duo ordines in universo, alter inferior, scilicet sensibilis, & alter superior, scilicet intelligibilium; igitur rerum ordo requirit, ut sensibilis non secundum esse omnino materiale, sed secundum supremum sui gradum, quod est imaginabile, attingat infimum ordinis intelligibilis; ex quo deducunt quod esse imaginabile est medium essentialiter non solum in essendo, sed etiam in causando inter esse sensibile exterior, & esse intelligibile; non solum ex parte intellectus, sed etiam rei sensibilis cognitæ, non prout habet rationem obiecti, vel terminat, sed quatenus habet rationem causæ, vel motivi, constat autem hunc spiritualitatis modum non posse in obiecto sensibili eminenti contineri, cum superioris sit longè gradus, quam modus essendi sensibilis exterioris, ac proinde rem sensibilem secundum seipsum immediate non posse causare speciem intelligibilem.

Sed hæc quoque responsio magis confirmat argumentum nostrum, quam deiciat, si enim ratio agendi, seu producendi speciem est natura in phantasmate repræsentata, esse verò imaginabile est tantum conditio agendi, quatenus medium inter parum sensibile, & parum intelligibile; non

ergo phantasma agit ad productionem speciei intelligibilis, quia est sine materia extrinseca, sed quia est repræsentativum obiecti, ut in argumento dicebatur; atque idem cum res in se sit æque illi repræsentativa, poterit idem efficiere, & simul cum intellectu agente speciem sui in intellectu possibili causare, quia nihil est in phantasmate, quod concurrat ad causandam speciem, quod æque non fit in re; Quod verò dicebatur esse imaginabile intervenire, ut conditionem sine qua non agendi, hoc planè non debet intelligi simpliciter, & absolute; sed tantum comparando obiectum materiale ad eundem speciem intellectum nempe conjunctum; nam si comparatur ad intellectum separatum, & præsertim Angelicum, non erit necessaria conditio; quia ut dicebat Doctor *cit. 4. disputatio 5. qu. 2. ad secundum principalem*, quod est medium, vel conditio agendi virtuti minor, non est, vel non oportet esse medium, vel conditionem virtuti majori ratio est, quia quando causa inferior, & minus principalis, aut instrumentalis concurrat cum alia superiori, & magis principali, quantum hæc activior est, ac majoris virtutis, tantum magis illa elevatur virtute principalis agens; unde fieri potest, ut concurrentis cum una causa minus activa egeat aliquo adminiculo, aut conditione agendi, quæ non egeat concurrente cum magis activa ob maiorem elevationem, ut in pluribus exemplis ostendi potest; & sic ait Scotus *cit. licet virtus abstractiva intellectus conjuncti non possit agere à sensibili abstractando intelligibile, nisi ab hoc gradu, scilicet imaginabili; tamen illa virtus superior, & efficacior potest abstractere à gradu magis distante, scilicet à sensibili extra.* Deinde *questio præced. n. 129.* absolute negatum est illa ratio esse ordinata sicut medium, & extrema respectu cuiuscunque intellectus, id enim verificatur tantum respectu intellectus nostri conjuncti, & pro hoc statu, non autem respectu alicuius intellectus separati; & id etiam concedendo planè mirum est, ut ait Bassolius, quomodo in hac materia Thomistæ adeo mortuus negent posse fieri ab Angelo transitum ab extremo in extremum non transiendo per medium, & adeo libenter eidem concedant talem transitum in materia de loco, & quidem non alia ratione, nisi quia quod est medium virtuti minoris, non necessitò medium est maiori; Demum vel illa propositio, quod nequeat fieri transitus, &c. intelligitur de omni modo, & sic est falsa, quia possum intelligere modo Bononiam, & immediate post Romam non transiendo intentionali ter loca medias potest ex uno elemento distimulato generari aliud distimulatum sine transitu per medium simbolium, vel intelligitur particulariter de isto medio tantum, quod est imaginabile, & sic principium petitur; nec in proposito etiam verificari potest, quia quæ ratione non potest fieri transitus ab esse sensibili ad esse intelligibile, vel intellectum sine esse phantastico medio; eadem ratione neque è converso fieri potest transitus ab esse intellectu ad esse in re, quod est falsum, concedunt enim omnes Angelum posse immediate causare motum sensibilem sic, quod nullum sit medium inter motum intellectum, vel volitum, & inter ipsum recipia causatum extra in corpore moto.

Tertio principaliter probatur à Doctore 2. *disputatio 3. questio 21.* Quia quamvis obiecta sint materialia, hoc non impedit, quin possit saltem partialiter per modum causæ minus principalis concurrere ad impressionem speciei in intellectu Angelico, quemadmodum de facto phantasma concurrat ad impressionem eius in intellectu conjuncto; sed materialitas obicit solum, ne obiecta materialia totaliter imprimant speciem in intellectu, ut faciunt spiritalia; & ratio a priori est, quam assignavit Doctor 1. *disputatio 3. questio 7.* & post eum Arriaga *cit. quia ad operandum non requiritur, ut omnes concausæ seorsim sumptæ sint eiusdem perfectionis, aut ordinis cum effectu, sed sufficit si aggregatum, vel complexum causarum sit eiusdem ordinis, & perfectionis æqualis cum effectu, ut dicitur *disputatio 6. de visione beata*, ubi hæc ratione dicebamus intellectum nostrum posse immediate concurrere ad visionem supernaturalem, etiam si magis ab ea distet, quam substantia materialis ab accidente spiritali, dummodo adjuvetur ab alia concausa supernaturali, etenim quod causa sit perfectior, vel saltem æqualis perfectionis cum effectu, intelligitur de causa adæquata, & totali, non verò de partiali, & minus principali, qualis ponitur obiectum respectu speciei producende.*

Respondet Suarez non posse obiectum materiale spirituale formam producere virtute naturali nec totaliter, nec partialiter, quia non habet cum illo proportionem, quæ inter agens, & patiens necessaria est, quia est omnino inferior.

inferioris ordinis; addit Averfa non apparere qualiter intellectus Angeli uniri queat cum obiecto externo ad elicendum speciem, imò nec intellectus humanus accipit immediate species à rebus, sed medio phantasmate, quod radicans in eadem anima spiritali. Sed Contra, quia ut docet Scot. 4. *disputatio 5. qu. 2. §. hoc tenetur* obiecti ad potentiam non debet esse convenientia similitudinis, vel proportio commensurationis, alioquin nec Deus illa materialia intelligere posset; sed sufficit proportio motus ad mobile; hæc autem inter obiectum materiale, & obiectum optime intercedere potest, si obiectum ponatur concurrere partialiter solum, & per modum causæ minus principalis, quia in tali concursu adjuvetur à te spiritali, scilicet intellectu magis principaliter concurrente, quo suppletur improprio obiecti materialis.

138 Nec urget, quod addit Averfa de unione, quia ut notat Doctor 1. *disputatio 3. questio 7. sub M.* & tepus alibi dictum est, inter causas ad eundem effectum concurrentes non est necessaria ratio formalis, & inessiva, sed sufficit virtualis, id est debita earum approxinatio, quantum perit effectus, ut producat; neque opus est eas se penetrare, sed satis est ambas approximari passo, etiam si inter se cause ille distent, eo quod passim fit inter utramque, unde inquit Doctor *cit. accidere speciei, in quantum est causa partialis intellectus, quod in hæret intellectus, quia si posset esse intime præsens intellectui abique inherencia per modum formæ, esset sufficienter conjuncta intellectui, quantum sufficit, ut intellectionem producere posset; sic igitur in proposito, ut intellectus Angeli dicitur sufficienter conjunctus cum obiecto externo quantum sufficit, ut ab eo abstractat speciem, sufficit debita approxinatio localis, qualis requiritur inter obiectum, & potentiam, ut hæc moveri, & excitari possit ab illo, nec major, aut intimior unio est necessaria; Neque etiam satisfacet, quod dicebatur phantasma radicans in eadem anima spiritali, quia si semel repugnat rem spirituale; planè non appareret, quomodo talis repugnantia per eam radicationem tollatur, ut in præcedenti argumento demonstratum est, sed hæc radicitus ad summum effugere potest, quod phantasma ad hoc adjuvetur ab anima, talis autem adjuvetur haberi potest etiam sine ea radicatione in anima, nam concausa adjuvans non indiget, ut dicebamus, unione adèe intima cum adiuta. Confirmat id totum Arriaga *disputatio 6. num. 2.* ex principis ipsorum Thomistarum, & quoniam dicitur est valde lucidus, & elegans, illum verbatim adduco; hinc in unum imperfecto accidenti tribuitur adæquatam virtutem producendi formam substantialem perfectam, etiam si non adjuvetur à substantia, sed solum accipiat quasi licentiam ab illa, & commissionem, ut possit operari nomine illius; & licet Suarez hoc merito neget contra Thomistas, partialem tamen concursum tribuit accidenti in substantiam; à certe multo magis exceditur calor à forma substantiæ ignis, aut alicuius perfecti animalis, quam excedat substantia solis, vel equi ab una accidentali cognitione Angeli de ipso Sohe, aut equo; imò absolute loquendo perfectior est anima equi cognitione spiritali de ipsa, excessus enim in spiritualitate, id est in penetrabilitate non est tantus, ut non completeret per excessum substantiam, & per virtutem sentiendi, appetendi, movendi localiter, & alias similes perfectiones, quas habet anima equi, & quibus caret Angelica cognitio de ipsa anima, quamvis spiritalis sit; Si ergo non obstat diversitate ordinis substantiæ; & accidentis, concedit immediatum influxum accidenti in substantiam multo perfectiorem, cur etiam non obstat diversitate ordinis spiritalis, & materialis, non concedit virtutem concurrenti ad rem spirituale rem re materiali, quod adhuc absolute perfectior est, quam res spiritalis, quam producit maxime cum adjuvetur à re spiritali, quæ suppletur improprio ipsius materialis, unde tandem concludit Arriaga argumentum illud Adversariorum ex materialitate deducit sine fundamento à Suarez vocari demonstrationem, cum nec etiam probabiliter tuadeat inentum.*

Quarto ulterius probat Doctor conclusionem *questio cit. §. respondendo ergo*, Angelis non debentur species omnium obiectorum in particulari, quæ in hoc universo sunt, aut erunt, vel possibilia sunt, ergo cognitionem istorum naturaliter habere nequit, nisi accipiendo species ab illis obiectis, quando existunt, consequentia patet, quia si non habent tales species ab initio concretas, alius modus non datur, quo tales species fieri possint, antecedens nam concedit Arriaga, sed etiam serio probat, ut dicitur *cit. n.*

Mela. In Secund. Sentent.

125. quia est Angelus sit maxime cognitivus, & est petere ad plenitudinem suæ sapientie cognoscere omnia genera, & species rerum in hoc universo; certe ut omnia individua in particulari, nulla vel appareat ratio adduci potest, ut ibi Arriaga clarè demonstrat, quia ut ait Scotus, cum singulari cognosci nequeat distinctè per speciem universalem, alias non cognosceret secundum propria, sed secundum communia; tunc infinite species infinite individuum concedi deberent in intellectu Angelico, & quidem infinite in actu, & categorematicè, quia sicut individua possibilia sub qualibet specie sunt finitè categorematicè infinite, ita tota collectio specierum intelligibilium illis correspondens in intellectu Angelico esset actus, & categorematicè infinite.

Resp. Caiet. par. 1. *questio 57. art. 2.* negando antecedens, ad probationem ex Scoto negat securitatem illarum specierum infinitatem, quia Angelus intelligit omnia singularia per speciem universalem suæ quidditatis, quia illa species distinctè, & excellenter repræsentat quidditatem, & singularia. Verum singularia per speciem universalem adequatè, & distinctè repræsentari non possunt offendimus *disputatio 6. de anima num. 2. 12.* unde hæc responsio reicitur etiam à Suarez, Averfa, & aliis; quia cum natura universalis non sit determinata ad hoc, & illud singulare, non potest ex eo præcisè, quod ipsa repræsentatur, dicere intellectionem cognitionem singularium; tum quia res individua aliquid entitatis addit rationi specifice; quod sine specie repræsentante cognosci non potest, quia quicquid repræsentatur in actu secundo per actum intelligendi, debet repræsentari per speciem in actu primo, alias non esset potentia in actu proximo completo ad talem actum. Respondent proinde Auctores citati singularia quoque cognosci posse per eandem speciem, quæ repræsentatur universale, nam non dicunt cognosci præcisè per speciem universalem: sed per speciem universalem in repræsentando, seu causando in gradu suo, quatenus una species Angelica repræsentare potest plura obiecta etiam disparata; unde ad argumentum negant per talem speciem solum posse cognosci communia prædicta, quia illa species est universalis, ut non solum repræsentat plura in eo, in quo conveniunt, sed etiam secundum propria. Sed talem speciem plurius quidditatem disparatarum repræsentativam omnino implicare iam ostendimus *disputatio 6. de anima num. 263.* & amplius constat *questio seq.* præterquam quod etiam admittit talis speciei possibilitate, adhuc urget argumenta, quibus Arriaga *loc. cit.* ostendit Angelis non deberi species huius universi ipsorum rerum in particulari, cum probari nequeat nec auctoritate, nec ratione tale esse conditionem Angelicæ naturæ, ut eadem, ac tantam possit scientiæ plenitudinem.

Respondent proinde alii, quam solutionem approbat Suarez, quod etiam concessio non omnes illas species esse Angelo concretas ab initio supponendo quæ esse debeant particulares pro quolibet individuo; non adhuc sequi esse acceptas à rebus, sed ad summum sequi non esse simul dadas, seu insulas à Deo; nam licet necessarium esset ad vitandam inconveniensem in argumento illarum, non simul insuldas, possent nihilominus successe pro singulari opportunitatibus recipi à Deo supplete impotentiam causæ proximæ. Verum si hæc responsio admittenda esset, solum posset habere locum in individuis materialibus, quibus Auctores citati negant potentiam causandi speciem spirituales, non autem in individuis immaterialibus, quibus cum concedunt, ac proinde non egent tali supplemento à Deo; Tum quia etiam in individuis materialibus locum non habere demonstrat Arriaga *loc. cit.* quia omnino gratis dici videtur, eo ipso, quod talis aliquid effectus novus in rerum natura existat, iam omnes Angelos in Cælo id cognoscere, cum non sit tanta perfectio Angelicæ naturæ, ut esse debeat omnisciens.

Respondet proinde Arriaga concessio antecedente principalis argumenti, adhuc negandam esse consequentiam, quia licet absolute non videatur repugnare obiectum aliquod materiale esse productivum specierum spiritalium simul cum ipso Angelo, concedere tamen eam virtutem omnibus rebus materialibus sine ullo fundamento, aut experientia non videtur habere probabilitatem; Tum quia etiam si omnes res materiales essent productivæ specierum, videtur tamen absurdum Angelum non posse eas cognoscere, nisi excurrat per totum universum, & emendando species ab illis; connaturalis ergo videtur ut Angelus accipiat species à Deo de illis obiectis, ut immotus possit eas cognoscere etiam distantes; Quia tamen opus non est An-

G 3 gelo

gelo tribuere minutissimam omnium rerum existentium cognitionem; addit illa objecta, quorum species ab initio non accipit a Deo, accipere postea successu temporis pro opportunitate, non quidem eo ipso, quo singuli effectus producantur, sed quando fit eis proximus, ita enim Angelus culosus, & dæmon cognoscit ea, quæ nos facimus; tenetur enim Deus in eo casu defectum objecti materialis supplere, & Angelo infundere speciem spiritualem de illo objecto sibi proximo, ne defraudetur cognitione ob imperfectionem objecti, quando alia potentia minus perfecte illam possunt habere. Sed & hanc quoque solutionem supra rejectimus *num. 126.*

Et rursus evidentur impugno, cum enim ipse gratis concedat Angelo non deberi connaturaliter species omnium rerum existentium ex una parte; ac etiam ex alia concedat non repugnare, quod objectum materiale sit productivum specierum simul cum Angelo, frustra recurritur ad Deum in præfato casu pro specierum infusione, ut suppleat imperfectionem objecti materialis, nam quæ ratione conceditur talis virtus specierum productiva quibusdam objectis materialibus, sine illo fundamento negatur aliis, si non adesset experientia in oppositum; & si fingamus in præfato casu Angelo occurrere aliquid ex illis objectis materialibus, quibus Arriaga concedit virtutem specierum productivam; tunc planè sine ulla necessitate recurreret ad Deum, cum ex hypotesi nulla sit necessitas supplendi imperfectionem objecti, Quod vero addit absurdum esse Angelum excurrere debere totum universum ad accipiendas species ab objectis pro eorum cognitione, ideòque connaturalis esse, ut à Deo eas accipiat ab initio, ut immotus possit eas cognoscere etiam distantes; planè non coherent cum eo, quod postea dicit posse Angelum de novo habere notitiam quorundam objectorum, quando non distat ab eis, per speciem de novo acceptam à Deo supplente imperfectionem eorum; quæ ratio (inquit) non urget in objectis absentibus, quæ licet essent productiva specierum spirituum, non tamen eas possent accipere Angelus propter absentiam, quam non tenetur Deus supplere; Non, inquam, illud cum illo cohereret, quia per hoc dictum fatetur immoderatè Angeli distantiam ab objecto posse ejus notitiam impedire, ideòque pro ejus cognitione universum excurrere debere, ut ei sufficienter approximatus speciem ejus à Deo recipiat; dicendum igitur nullum esse inconveniens, quod immotus nequeat cognoscere illa objecta, quorum species ab initio non accipit, si fuerint immoderatè distantia: immò absurdum esset si posset ea cognoscere intuitivè in quantacumque distantia, nam si potentia fuerit finita; & limitata qualis est Angelicus intellectus, ut queat in objectum ferri, petitur sit illi debita approximatium.

ARTICULUS SECUNDUS.

Aliis rationibus falsitatem proposita assertio.

141 Quidò arguit Doctor, quia per species concretas nequit Angelus intelligere complexiones contingentes; ergo notitiam istarum accipit à rebus ipsis immediatè: consequentia patet: probatur assumptum, per speciem infusam Petri, & per speciem infusam sessionis, quas supponitur habuisse Angelus ab initio concretas, non potest intelligere hanc copulationem contingentem, quod Petrus sedet; quia ut arguit Doctor *1. disp. 39. lit. A.* in simili de divinis ideis rationes cognoscendi extrema alicujus copulationis non causant sufficienter notitiam ejus, nisi illa nata sit cognosci ex terminis; si enim propositio non est nata cognosci ex solis terminis, jam per solam eorum notitiam cognosci non poterit, quia aliudè adhuc ejus cognitio dependet; sed complexio contingens non est nata cognosci ex terminis, alioquin non solùm esset necessaria, sed prima, & immediata, talis enim est omnis propositio ex solis terminis nota ut dicitur de propositione per le nota; ergo rationes cognoscendi illa extrema, scilicet Petrum, & sessionem, quantumvis perfecte ea repræsentent, non sunt sufficientes rationes cognoscendi eorum contingentem connectionem: Dices Angelum non cognoscere complexionem contingentem per species terminorum repræsentativas, sed per speciem peculiarem infusam totius complexionis, quæ nimirum repræsentat totum hoc complexum, nimirum Petrum sedentem, vel ambulante. Contrà, quia species intelligibilis, cum sit forma naturalis, & naturalis similitudo objecti, necessitatè, ac naturaliter repræsentat quicquid

repræsentat, & semper eodem modo, quando immutata manet: ergo si aliqua una species datur in Angelo repræsentans totum hoc complexum, v.g. Petrum sedentem, vel ambulante, jam illud necessitatè, ac naturaliter repræsentabit, atque ita totum illud complexum repræsentabit, ut necessarium, non verò, ut contingens, quia quod totum illud repræsentet, non habet à Petro sedente, vel ambulante, sed ex vi sua naturali repræsentativa.

Si dicas eam speciem esse utriusque partis contingentes repræsentativam, scilicet quod Petrus sedet, & non sedet; Contrà, quia vel utramque partem determinatè repræsentat, vel indeterminatè, non primum, quia nequit duo contradictoria simul repræsentare, ut quod Petrus sedet, & non sedet, contradictoria namque sicut non sunt simul intelligibilia, ita neque simul repræsentabilia: si verò indeterminatè, ergo ex vi illius speciei nunquam habebit Angelus notitiam, quod Petrus determinatè sedeat: oportet igitur quod aliudè accipiat notitiam certam complexionis hujus contingentis, nempe ex cognitione unionis extremorum in re ipsa.

Respondet Thomistæ ex Calet. hoc totum esse verum loquendo de repræsentatione speciei ex vi, & natura ejus, non habita ratione ad mutationem alicujus à parte rei, non tamen de repræsentatione, quam habet à mutatione rei existentis, unde illa species repræsentat Angelo conjunctiones contingentes, quia à mutatione rei sequitur in specie assimilatæ quadam, per quam intelligit conjunctiones contingentes, ut v.g. quando Petrus sedet, cognoscit Angelus Petrum sedere per speciem, quam habet, quia in ea oritur quedam assimilatio speciei ad sessionem Petri: Quod exemplo declarat, dato enim quod species albi esset impressa oculo, repræsentaret albam ipsi oculo, dum albus existit; dum verò non existit, non repræsentaret: ita species Angelica repræsentat Petrum sedentem, & alias complexiones contingentes, dum sunt; dum verò non sunt, non repræsentat: temporales ergo existentia contingentes requiritur, non ut moveat intellectum Angelicum, sed ut terminet intellectum Angelicum, quam non potest terminare, nisi existat actu; quare concluditur existentiam actualem objecti requiri, ut conditionem saltem sine qua non, per quam doctrinam etiam evitare pretendunt Angelum non posse naturaliter cognoscere futura contingentia, etiam si totam speciem habuerit concretas: quia nimirum species illa ex defectu actualis existentie in objecto nequeat producere cognitionem ipsius objecti, unde dicunt illas species esse futurorum repræsentativas solùm in actu primo, non autem in actu secundo.

Hanc Thomisticam doctrinam pluribus impugnat Arriaga, & merito quidem *disp. 6. c. 1. num. 4.* demonstrans pluribus exemplis, & rationibus speciem in operando non pendere ab existentia objecti, quæ est ipsissima Scoti doctrina in hac ipsa questione, ut constat ratione sequenti: hac enim ipsa ratione sepe diximus speciem intelligibilem ineptam esse ad pariendam cognitionem intuitivam, quæ ex natura sua terminatur ad rem in se existentem, & præsentem, & ab eadem sic in se præsentem principiat: etenim existentia objecti solùm tunc potest requiri, quando mediatè, vel immediatè insit in cognitione, ad terminandam autem præcisè cognitionem nullo prioris modo requiritur, quia ea terminatio in objecto nihil prioris est, nisi pura denotatio extrinseca ab actu existente: hinc experimur in cognitione abstractiva speciem intelligibilem totum suum munus exercere etiam si objectum non existat, nec in se sit præsens, eo quia ad talem cognitionem procedendum non concurrit objectum, sed tantum ad eam terminandum: si ergo semel Angelus habet ab initio concretam speciem alicujus contingentis, & poterit species cognitionem illius prætere simul cum intellectu Angeli, & ad tale objectum terminari, etiam si actu nondum existat, quia ad terminandam notitiam non est necessaria actualis objecti existentia, ut patet in cognitione abstractiva.

Rursus, si voluit Thomistæ necessariam esse objecti existentiam in ordine ad hoc, ut species producant suam cognitionem, melius possent eam admittere, ut in Angelo producantur ipsæ species, & tunc opus non erit dicere eas fuisse productas ab instanti creationis, quod sic demonstrat ex eorum dictis; inquit enim, quod quando Petrus sedet, cognoscit Angelus Petrum sedere per speciem concretam, quia itea oritur quadam assimilatio speciei ad sessionem Petri, ita assimilatio utique importat aliquid reale absolute, vel respectivum, cum ab ea species virtutem habeat repræsentandi sessionem Petri in actu secundo, quam

142

præter

prius non habebat; quæro igitur à quo species illatalem accipiat assimilationem, vel à Deo, vel ab ipso objecto existente; non à Deo, quia quæ potest eam accipere ab initio creationis Angeli non expectat objecti existentia; si verò eam accipit ab ipso objecto existente, æquè benè dici poterit ab eodem etiam speciem ipsam accipere, omnia namque argumenta, quæ sunt contra accceptionem speciei ab objecto existente, pariter fieri poterunt contra accceptionem assimilationis; si enim illud negetur, quia materiale nequit agere in spirituale, hoc etiam urgeri poterit contra accceptionem assimilationis, quam acquirit species infusa ex objecto contingens existentia, quia ea species spiritualis est, ac superioris ordinis, si rursus illud negetur, ne dicamus Angelum mendicare species, & cognitionem à rebus materialibus, hoc etiam urgeri poterit contra novam accceptionem assimilationis, quia sic pariter dicendo videtur Angelus mendicare cognitionem contingentium ab eorundem existentia, & sic per alia argumenta discuti poterit.

143 Deinde prosequor argumentum Doctoris de ineptitudine speciei ad repræsentandum complexiones contingentes ex eodem exemplo à Thomistis allato de specie albi oculo impressa, quæ album repræsentat, dum album est; dum verò non existit, non repræsentat, quamvis enim exemplum non sit ad rem, quia species albi in oculo est species transiens simul cum sentatione externa, ac proinde in sua operatione pendens ab existentia objecti, sicut ipsa sentatio; species verò intelligibilis, quales ponuntur Angelis concretæ, habent modum permanentis, ac proinde in sua operatione ab existentia objecti non dependent, ut diximus *disp. 6. de anima q. 4. art. 2.* adhuc tamen sic arguuntur; quia facta ea suppositione, quod species albi remaneat in oculo impressa, destructione, vel abente albedine, jam supponitur habere modum permanentis, sed species habentes modum permanentis adhuc objectum repræsentant, etiam si non sit existens, vel præsens, quoniam in sua operatione ab existentia objecti non dependent, ut constat de speciebus intelligibilibus, ergo exemplum illud facta ea suppositione est ad oppositum. Tum quia eo exemplo admisso, quod album existeret, & præsens foret, tunc species ejus illud repræsentaret omnino necessitatè, & naturaliter; ergo si eodem modo species infusa objecti contingens illud repræsentaret, quando ipsum existit, omnino necessitatè, & naturaliter repræsentaret, ac proinde impossibile esset per talem speciem haberi posse notitiam ab Angelo, quod illud objectum sit contingens; quia species repræsentaretur per modum necessariæ; quod enim repræsentet totum illud complexum, scilicet Petrum sedentem, vel ambulante, non habet à Petro sedente, vel ambulante, sed ex vi sua naturali repræsentativa; Et hinc concludit Doctor notitiam objecti contingens nequaquam haberi posse per speciem ab Angelo, sed immediatè ab ipso objecto existente, & in se præsentem, id est ab ipso Petro sedente, vel ambulante, & quia talis connexio sessionis, vel ambulationis cum Petro est omnino contingens, parit in Angelo notitiam contingentem, & ab eo attingitur per modum objecti contingentis.

144 Sextò probat ulterius Doctor, saltem notitiam intuitivam rei singularis debere Angelum à rebus ipsis immediatè accipere; quoniam ad notitiam intuitivam debet necessitatè concurrere objectum secundum se, hoc est in se præsens, & existens, & non in specie tantum, sicut event in notitia abstractiva; Quod autem Angelus habere possit notitiam intuitivam rei singularis nedum spiritualis, sed etiam materialis probat; quia hanc notitiam habet potentia sensitiva imperfectior, ergo deneganda non est potentia intellectivæ Angelicæ perfectior; & quidem immeritò Vulpes ex nostris *tom. 1. part. 1. disp. 19. art. 4. & disp. 11. de Angelis art. 2.* negavit intellectum Angelico, & humano separatò notitiam intuitivam rerum singularium sensibilium, contra quem egimus ex infirmitate *disp. 6. de anima q. 4. art. 1. num. 193.* quod adeò evidens est, ac apud omnes in confesso, ut merito Suarez *cap. 6. cit.* id tanquam certum de fide supponat, & licet expressè de cognitione intuitiva non loquatur, tamen ejus probat de hac præsertim procedit, dum inquit, quod in his omnibus, quæ de Angelorum operationibus, & ministeriis Scriptura tradit, evidenter supponit illos res has materiales, & singulares cognoscere applicando activa passiva, vel homines custodiendo, insinuando, tentando, &c. nihilque frequentius est in ore fidelium, ac totius Ecclesiæ; quo autem sensu dixerit Doctor *2. disp. 3. qu. 8.* in corpore quæstionis objecta ma-

Meld. in Secunda. Sentent.

terialia esse potentia tantum intelligibilia etiam in ordine ad intellectum Angelicum, & hac de causa *quest. 11. in Angelis statuerit intellectum agentem jam explicatum est supra num. 131. & lib. 6. de anima num. 206.* quam totam doctrinam inde desumptam videre potes apud Auctorem *controv. inter Scotistas contro. 30.* ubi hanc sententiam, quod Angelus cognoscat intuitivè materiales, & præcipue complexiones contingentes, tradit ut communem Scotistarum.

Quod verò ad notitiam intuitivam pariendam non sufficiat species intelligibilis probat Doctor, quia impossibile est notitiam intuitivam haberi per aliquid eodem modo se habens in repræsentando, five res sit existens, & præsens in se, five non; intuitiva namque tendit in objectum, ut in se existens, ac immediatè præsens nedum specificativè, sed etiam reduplicativè; at species intelligibilis, quia habet modum permanentis, nec dependet ab objecto in conservari, rem indifferenter repræsentat existentem, vel non existentem, præsentem, vel non præsentem; ergo nullatenus concurrere potest ad cognitionem intuitivam; Sed quia de hoc etiam ex professo disserimus *disp. 6. de anima q. 4. art. 2.* ubi hanc Scoti rationem latè prosequimur, & alias addimus, sicut etiam *lib. 1. sentent. disp. 6. an. 36.* hic sufficiat eam inuifese de quo etiam videti potest Bassolius *qu. 4. cit. art. 2.* Confirmari potest hæc ratio ex August. *12. de Trinit. cap. 7.* dicente, Deus non ad tempus videt, nec aliquid novi fit ex eius visione, atque scientia, cum aliquid temporaliter geritur, sicut inde afficiuntur sensus, vel carnales animalium, & hominum, vel etiam celestes Angelorum, ubi per sensum intelligit quamlibet potentiam cognoscitivam, & innotuit Angelis intuitivè cognoscere hæc materialia, sicut cognoscunt homines; & mediante tali cognitione intuitiva, seu visione fieri aliquid de novo in intellectu Angelico, quatenus ex illorum objectorum cognitione acquirit species eorum impressas, quæ postea deleviunt pro eorundem cognitione abstractiva.

Respondet Suarez intellectus Angelicos, quos August. vocat celestes sensus, intantum ab eo dici affici, cum aliquid temporaliter, & transitorie agitur, quia mutatio aliqua fit in intellectu Angelico non quoad actum primum, sed quoad actum secundum cognitionis intuitivæ, quæ mutatio pendet ab objecto terminativè solùm, non motivè, & per modum principii. Hæc tamen responsio ex ipsis August. verbis refellitur, ait enim non aliquid novi fieri in intellectu divino ex ejus visione, cum aliquid temporaliter agitur, & transitorie, sicut inde afficiuntur sensus carnales hominum, & celestes Angelorum; quibus verbis luculentè innuit intellectum Angelicum, cum aliquid tale fieri innuunt, non tantum ex præsentia illorum objectorum accipere novam visionem, sed etiam ex eorum visione aliquid non vi accipere, & fieri in intellectu ejus, quod non fit in intellectu divino; per quod significavit non tantum ab ipsis objectis cognitionem accipere intuitivam ex eorum motione, sed mediante cognitione intuitiva accipere etiam de novo species impressas, ut postea deserviant pro notitia abstractiva eorundem objectorum, cum fuerint absentia; Et quando etiam Aug. loqueretur tantum mutatione quoad actum secundum tantum, adhuc innuit, quod talis mutatio pendet à rebus ipsis, tanquam ab objectivo motivo, & non tantum terminativo, etenim terminativè concurrunt etiam ad divinam intellectiorem, ut dictum est *lib. 1. disp. 3. q. 1. art. 2.*

Postremò probat conclusionem Doctor, quia probatum est supra Angelum habere intellectum agentem, & possibilem, & utrumque perfectiorem, quam nos habeamus sicut etiam est perfectioris nature; cum ergo intellectus agens noiter possit abstrahere, ergo & superior, & etiam modum perfectioris; Et cum sensibile æquè repræsentet universale, sicut imaginabile, possibile est ipsum recipere species à sensibili; & si nulla ratio esset alia, adhuc sufficeret mihi concedere hoc, quia non possit acquirere perfectionem suam, si non habet eam; ergo nec ab Angelo, cum hoc possit sensitiva. Conf. per aliud consimile argumentum, quod facit Doctor ad idem probandum de anima separata *4. disp. 49. q. 2.* quia opposita opinio vilificat naturam Angeli, & anime separatæ; sicut enim simpliciter vilior est natura, quæ in nullam operationem, vel non nisi viliosem potest, ita proportionaliter illa natura vilior est, quæ in operationem sibi convenientem non potest, quam quæ potest; sed Angelus, & anima separata in opposita sententia ex sibi intrinsecè etiam cum omnibus extrinsecis concurrentibus non potest in operationem sibi convenientem, nisi Deus sibi conferat

G 4 species

Species per peculiarem inchoationem; lapis autem ex sibi intrinsecis sine influxu tali mendicatio potest in operationem sibi proportionatam, potest enim descendere in centrum, & ibi quiescere; ergo magis vilificatur natura Angelica, & anima separata secundum proportionem ad suam nobilitatem ex illa positione, quam natura lapidis. Respondet Nazarius. Angulum sine speciebus creatum nihil posse cognoscere, nec tamen sequitur eum esse viliozem quacumque natura creata; ad probationem sequere dicit majorem esse veram in natura posita in suo complemento, sive perfectione naturaliter sibi debita, non autem si careat perfectione debita naturali, sicut homo si crearetur sine virtutibus sensitivis, & sine intellectu nihil posset omnino cognoscere, nec tamen vilior esset simpliciter bruto, sed tantum secundum quid. Sed hæc quoque responsio explosa manet ex dictis n. 125. & 127. ubi ostendimus falsum esse, infusionem specierum ordinis naturalis esse ita Angelo connaturalem, & Angelicæ naturæ debitam, sicut debentur homini virtutes sensitivæ, ac intellectivæ, itaque miraculum esset, si Deus illas non infunderet; talis enim necessitas nec evidenti auctoritate, nec sufficienti ratione hæcens a Thomistis probata est, cum etiam non de sint qui absolute negent Angelos ullis egere speciebus ad intelligenda obiecta ordinis naturalis.

Respondet Jo. de S. Thoma *disp. 21. art. 3. m. 27.* quod licet habere potentiam specierum acquisitivam sit perfectio in intellectu nostro pro hoc statu imperfecto, non tamen est perfectio simpliciter, quia supponit imperfectionem, quod intellectus sit in pura potentia respectu obiectorum, & perfectionis intelligibilis quæ ab illis provenit ipsi intellectui, absolute tamen perfectus est indigere tali virtute, sed à principio habere illam perfectionem intelligibilem non expectando eam ab obiectis, sicut in nobis habere virtutem augmentativam perfectio est, sed major perfectio est, si à principio totum illud augmentum haberetur, & non indigeret homo acquirere illud, sicut non est in Cælo hæc virtus crescendi, nec erit in corporibus gloriosis exercitium hujus argumentationis, quia omnia corpora erunt in suo debito statu, & mensura. Hæc Thomistica doctrina *quæst. præced.* non semel explosa est, sed nunc iterum placet eam habere ex eorum principiis, in tantum ipsi dicunt Angelum ab initio suæ creationis habere species infusas omnium rerum, tum universalem, tum singularium spectantium ad hoc universum, quia piaculum eis videtur facere Angelum dependentem ab obiectis in accipiendo species ab eis, quia tunc evaderet ordinis mendicantium cognitionem ab eis. Sed velint nolint etiam admittit tali specierum infusione adhuc intellectus Angelicus ponitur à Thomistis dependere ab obiectis materialibus, ac immaterialibus in exercitio cognitionis; ergo non adhuc totaliter eum extrahunt ab ordine mendicantium; major patet ex eorum principiis, & exemplo adducto de virtute augmentativa, probatur minor, quia Auditor ille ibidem *num. 28.* ait cum cæteris Thomistis, quod Angelus ab initio habet species representativas omnium singularium, quæ tamen nequeunt representare singularia in seipsis, nisi quando existunt in rerum natura, vel existunt; quia tunc complecti similes redduntur illis obiectis, quando sic præsentia sunt, vel præsentiam sui reliquerunt, unde ad representandum singularia dependentes sunt species Angelicæ ab eorum existentia, dicunturque compleri per existentiam obiectorum, quasi extrinsece; licet enim de se representent quiddam ipsorum singularium, imò & existentiam illorum, atque circumstantias quidditative, & secundum se consideratas, & in abstracto, exercitium tamen, sed per modum exercitii non representant res ipsas singulares, nisi quando ponuntur à parte rei, & quoad hoc species illæ dependentes sunt ab ipsis rebus, tanquam ab extrinsece terminantibus, & complementibus similitudinem speciei, quæ est in Angelo. ita ille *loc. cit.* cum cæteris Thomistis, adeo quod etiam ipsi ponunt Angelum etiam speciebus imbutum dependere ab obiectorum existentia, & cognitionem ab eis mendicare; nec in alio discrepamus, nisi quod nos ponimus ab eis dependere etiam in ratione movendi, ipsi vero in ratione tantum terminandi; ergo ut dicebam non penitus Angelum extrahunt ab ordine mendicantium cognitionem à rebus.

Confirmatur, quia admittit etiam tali specierum infusione non adhuc sunt perfectè constituti Angeli in actu primo in ordine ad cognitionem illorum obiectorum; ergo non habent ab initio completam illam perfectionem intelligibilem; quam eis Thomistæ desiderant; consequentia patet, probatur assumptum quia per existentiam obiectorum

completur similitudo specierum; quæ sunt in Angelis, atque ideo à Thomistis dicuntur incompletæ ante obiectorum existentiam, sicut ergo gratis admittunt, quod Angelus accipit à rebus complementum suorum specierum; ita etiam admittunt, quod à rebus species ipsas accipiant, ne otiosa maneat tanto temporis tractu in intellectu Angelico; nec video, quomodo major perfectio Angelo obveniat hoc asserendo, quam illud; nam uno vel altero modo ponitur dependens ab obiectis, & accipere complementum ab eis; & proficere in rerum cognitione deorsum; ex quo patet exemplum adductum de virtute augmentativa non esse ad rem, quia nec corpora cælestia, nec gloriosa ullo modo indigent ea, quia sunt in suo debito statu, & mensura; at Angeli non ita se habent respectu intelligibilitatis rerum, vel enim non habent species omnium, ut nos asserimus, vel si habent, ut asserunt Thomistæ adhuc sunt incompletæ, & imperfectæ, & earum virtus representativa compleri debet per obiectorum existentiam. Accidit hæc quoque doctrina, quod species intelligibilis pendet in representando ab existentia obiecti, jam explosam fuisse *(supra num. 124.)* & tandem falsum est, quod dicitur respondens, species illas infusas autè existentiam obiectorum representare illa abstractivè; cum verò primum existunt, etiam intuitivè. Hoc, inquam, falsum est, nam præterquam quod repugnat speciei habenti modum permanentis representare intuitivè, esse representativum est prædicatum absolutum, & intrinsecum in specie, & præsupponitur ut causa ad extrinsecum obiecti terminationem; prius enim est speciem movere potentiam activè ad actum cognitionis, quam cognitionem terminari ad obiectum, sed quod obiectum extrinsece terminat cognitionem; ergo nequit variari ex illa extrinseca obiecti variatione, cum nullum prius variari possit ex variatione sui posterioris.

ARTICULUS TERTIUS.

Quid dicendum de facto.

Dicendum secundò; valde probabile esse Angelis ab initio fuisse infusas species naturarum in hoc universo existentium, ac etiam multorum individuorum in particulari, licet non omnium. Et Scoti *quæst. cit.* ad primum principale, ubi eam auctoritatem ex libro de causis, quod *omnis intelligentia est plena forma*, explicat de formis universalium, non verò singularium omnium quam etiam ex contrariis tenet Arriaga *disp. 6. num. 19.* ubi etiam addit Angelum fortè nec omnium naturarum habere species infusas præterim earum, quæ imperfectissimæ sunt, & nullius momenti; quorum autem individuorum species habuerint non facile est divinare, Bassol. *quæst. 4. cit. art. 1.* inquit fortè habere species concreatas individuorum incorruptibilium sub suis speciebus, quæ sunt actus, ut Solis, Lunæ, & aliorum Angelorum supposita sententia, quod plures sunt sub eadem specie; non tamen habere species omnium individuorum corruptibilium, sed tantum aliquorum, ut v. gr. Angelum Custodem speciem habere infusam sui Clientis, vel etiam omnium individuorum in eo Regno, vel Provincia dependentium, cui præest; quatenus horum cognitio videtur ad statum eius pertinere; & tandem inquit Arriaga sufficere species eorum individuorum, quæ conducant ad perfectam cognitionem specierum omnium, quæ in hoc universo existunt, quia per hoc sufficienter satiatur Angeli appetitus, & sufficienter salvatur, quod dicitur plenus sapientia, & decore, ut habetur Ezech. 28. alix siquidem minores cognitiones exigunt afferre videntur sapientiam, & voluptatem, ut dicitur *est num. 125.* Per hoc etiam salvantur nonnulla dicta Patrum de Sapientia Angelica, nam August. 7. super Genes. ad litteram *cap. 24.* ait prius tempore, vel natura, quam conderentur res materiales, habuissent Angelos rerum omnium cognitionem, non solum in Verbo, sed in genere proprio, id est per species rerum ipsarum.

Denique salvatur inquit Doctor *quæst. cit.* in fine, quod communiter dici solet, Angelus inter naturas intelligentes locum quandam medium tenere, nempe inter Deum, & hominem, Deus enim nihil intelligit per species; homo cuncta abstractivè per eas intelligit accipiendo species à rebus; ergo Angelus medius in essendo, & in operando habet aliquam cognitionem, quam à rebus non recipit, sed habet per species à Deo infusas, ut est cognitio quid-

quidditarum, & individuorum quorundam, in qua differat ab anima; & aliqua, in qua cum anima convenit, ut istam quomodo accipit à rebus; Accedunt etiam nonnullæ congruentiæ fati probabiles, nam si verum est, quod communiter dicitur de Adamo, quod species naturarum productarum in universo accepit à Deo, ut esset perfectus; ergo congruum sit, quod etiam Angelis infusæ fuerint, quæ excellentioris sunt naturæ. Tum quia cum creati fuerint viatores, & via eorum fuerit brevissima per morulas, ut beatitudinem promereri possent Deum benedicendo in suis creaturis, congruum fuit, ut earum in unaquaque specie species habuerint infusas, quia non potuissent in ea temporis angustia omnium rerum species à rebus ipsis acquirere, ut dictum est *n. 127.*

148 Dixi autem id probabile esse, quia licet talis specierum infusio communiter ab omnibus asseratur Theologis, non tamen id asserunt, tanquam certum; nam neque est dogma fidei nec naturali lumine satis notum infusas species in Angelis, cum non desint in Theologis, qui asserantur negent Angelos ullis egere speciebus ad intelligendum res ordinis naturalis quos refert, & sequitur Vaquez *disp. 200.* Tum quia ut decreverunt creati perfectè sapientia, ac decore, sufficere maxima perfectio intellectus, & voluntatis eorum sine ullo impedimento habitus erroris; vel vitiosi, summa eorum perpiciacitas, & solertia in rebus intelligendis; & quod nullam haberent ignorantiam rerum, quorum cognitio ad eorum statum spectabat; ac insuper ad cognitionem rerum quam habere debeant ab instanti creationis eorum, ut toto tempore viz, absolute loquendo sufficere potuissent species illæ, quæ tunc causari poterant ob obiectis ipsis, quæ toto illo tempore applicabantur, & licet sit aliqua congruentia, nulla tamen apparet necessitas, ob quam Deus deberet tales species infundere, atque ideo non est certum, quod illas infuderit, ut Poncius adverteit *disp. 12. num. 6.*

149 Dixi etiam si tales species habet Angelus, debere dici à Deo infusas, quia nullo modo probabile est eas ponere Angelis congenitas, veluti passiones, vel connaturales perfectiones ab eorum essentia dimanantes, ut nonnulli opinantur Thomistæ, tum ob rationem actam *num. 121.* quia naturales proprietates sunt à natura determinatæ, nec possunt ad libitum variari; alias autem species habuissent Angeli, quàm de facto habent, si alix res de facto conditæ fuissent; nam Angeli secundum communioem habent solum species rerum, quæ de facto conditæ sunt, non autem omnium possibilem; tum ob aliam altam pro anima separata *disp. 8.* de anima *num. 20.* quid ut docet Doctor 1. *disp. 3. quæst. 7.* intellectus ex se ad nullum obiectum determinatus est, nec obiecta alia à se continet eminenter, & virtualiter, alioquin se solo sufficiens esset ad eliciendum intellectum; nec indigeret speciebus, & concursu obiecti; ergo ficta est, separata prorsus tali specierum emanatio sive ab intellectu separato, sive Angelico; consequentia patet, quia talis specierum emanatio fieri non posset, nisi specierum illarum obiecta virtualiter continerentur, ac eminenter in intellectu, quia ratione utuntur omnes Recipientes contra præfatos Thomistæ oppositum sentientes, Arriaga, Amicus, Averia, & alii passim, eamque fuisse profequitur Jo. de S. Thoma *loc. cit.* ubi tandem concludit, quod licet istæ species non sint proprie passiones naturæ Angelicæ in rigore loquendo, sunt tamen accidentia inseparabilia illi naturaliter debita; Sed neque id etiam bene dicitur, nam nullo ostendit, Angelum non habere de facto, neque illi deberi ex natura sua species omnium actu existentium in hoc universo; & quæ de facto habet, habet ex liberalitate divina, & non ex debito aliquo fundato in exigentia naturalis status Angelorum, ut dicitur *est num. 217.* & quando dicuntur tales species illis connaturales non dicuntur tales ob aliquo naturale debito, sed tum ob rationem ibidem assignatam, tum etiam quia potuissent eas naturaliter acquirere; potuissent enim videte in quo singularia similia essent; & inde formate conceptum communem, quod malè negant Thomistæ, si enim non possent acquirere, sequeretur quod si Deus eas non indidisset, Angeli nihil posset intelligere, & sic esset peioris conditionis, quàm anima, ut supra deductum est; nec posset dici, cur illæ species essent naturales, nam nulla est ratio, cur hæc tantum species natura Angelicæ exigantur purè omnium rerum actu existentium, & non alix; putà aliarum possibilem; quia non solum res naturales de facto conditæ sunt naturæ obiectum intellectus Angelici; sed quocun-

que ens naturæ credibile, quia ad quocumque tale comparatur intellectus Angelicus, ut potentia ad proprium obiectum, quod si dicas Deum has determinare & non alias iuxta numerum rerum, quas producturus fessit ergo Deus non dat omne quod naturaliter convenit Angelo, nam sicut alix res possibiles continentur sub sphaera obiecti naturali illius, ita etiam ei convenirent species illarum; & si Deus creaturam novæ alicuius naturæ specificè conderet, Angelus non posset eam naturaliter intelligere cum eius speciem infusam non haberet quia illi non debebatur.

Accedit, quod etiam si poneretur huiusmodi species accidentia inseparabilia Angelorum, ac eis connaturalia, sicut lux Soli, & calorigini, non ob id adhuc negari deberet eis virtutis acquisitiva illarum; nam hoc non obstantè Sol habet vim productivam lucis, & ignis caloris, unde Thomistæ tenentes has species naturaliter dimanare à natura Angeli ut eius passiones, non autem esse merè extrinsece infusas, non immerito urgent alios Thomistæ oppositum sentientes, ex hoc sequi quod considerata Angeli natura secundum se, & ante infusionem istarum specierum sit imperfectior anima humana; nam anima licet ex se non habeat species, habeat tamen instrumenta acquirendi illas, scilicet intellectum agentem; Angelus verò secundum illos caret omni instrumento acquirendi species, & alix naturæ sua non dimanant, sed infunduntur libere à Deo juxta numerum obiectorum, quæ creat. Undè licet ob rationes illas illa opinio ponens species esse Angelicæ congenitas à natura, & ab ea dimanare, sit improbabilis; tamen ex hoc capite, quod aliquam activitatem contendunt naturæ Angelicæ convenire debere respectu illarum specierum, & negant merè passivè se habere, optime discurrunt, & solum in hoc excedunt, quod nimiam activitatem illi tribuere volunt circa intelligibilitatem obiecti, cum deant eas species totaliter ab Angelica natura dimanare; sic enim pariter dicere possent ipsamque cognitionem totaliter ab ea dimanare, & immediate abque ulla necessitate concurrere obiecti quæ enim ratione ponitur, eminenter continere speciem impressam obiecti, eadem poterit dici, quod etiam eminenter continet speciem ipsam expressam, seu actum cognitionis.

Undè si Thomistæ illi solam activitatem Angelo tribuissent respectu specierum, quod se tenet ex parte potentie, non verò illarum quoque, quæ se tenet ex parte obiecti, optime discurrissent, talem namque negando activitatem Angelis respectu specierum planè sit deterioris conditionis, quàm sit anima rationalis ob rationem altaram: Nec valet responsio Jo. de S. Thoma dicentis, quod si comparamus Angelum denudatum speciebus à Deo cum anima felix sufficientem beneficio intellectus agentis, Angelus utique per accidens, & præter naturam haberet statum imperfectionis, cum tamen ex natura sua perfectiorem exigat, sed si volumus justam facere comparationem, debemus considerare animam sine concursu Dei, ut intellectus agens eliciat species, sicut eas denegat Angelo sic enim patet perfectiorem esse Angelum. Non inquam valet, quia adhuc sic comparatione, imperfectior est Angelus, quàm anima, quia etiam in hoc casu pleribus eger Angelus ad intelligendum, quàm anima, etenim anima solo Deo concursu eger, ut intellectus agens eliciat species, Angelus verò etiam speciebus ipsis, quos nullo modo in se virtualiter continet, cum nullam habeat virtutem in se eorum acquisitivam, quam tamen habet anima, ergo anima tali etiam comparatione facta adhuc est perfectior.

Denique quod Angelus non habeat species infusas quoruncumque individuorum de facto sub qualibet specie existentium, quæ erat altera pars conclusionis probatur, quia jam farentur Adversarii non esse deberi species omnium possibilem, ergo nequit assignari ratio sufficiens, cur eis debeantur species omnium existentium probatur consequentia, quia ut dicebamus, non solum res de facto conditæ sunt naturæ obiectum intellectus Angelici; sed quocumque etiam ens naturæ creabile, & quod si speciebus possibilem carere potest abque eo, quod notam ignorantiam incurrat, quia talia scire non tenetur, idem pariter de pluribus individuis dici poterit, ac debet. Confirmatur, quia licet hæc omnia cognoscere ad Deum pertinet, ut qui rerum omnium in particulari est causa, & omnium providentiam habet, ea proinde hæc omnium cognitio spectet ad plenitudinem divinæ scientiæ, tamen ad plenitudinem scientiæ Angelicæ spectare non videtur, quia nec ista omnia producat, nec horum providentiam habent, quid enim refert, quod Angelus sciat quot pulces nascantur.

nascantur, numerum foliorum arborum, & multitudinem arenarum maris; imò horum cognitio in Sacra Scriptura singulariter Deo tribuitur, & nulli creature; non ergo necessario Angelis infunduntur species omnium rerum in particulari, quæ in hoc universo existunt, aut existent. Tùm quia ut ait Arriaga relatus supra num. 125, ex multis revelationibus constat nec Luciferum, nec alios Demones scire omnia, quæ sunt in hoc mundo, imò multos cognoscere ex illis Demonibus foris hic apud non existentibus; & tamen naturalia ista Demonibus integra remanent; ergo Angelorum natura non petit species infinitas omnium rerum in particulari, & individuorum huius universi, nec ab initio creationis haberent omnes species in individuo rerum in hoc universo futurarum, ut postea eis existentibus statim eas nolcerent, instabilis imò Demones familiares multa dicere hominibus, que tunc valde procul sunt, ergo signum est habere species eorum. Respondeo negando consequentiam, id enim ex alio capite etiam contingere potest, nempe quia in imperceptibili mora potest Demon ex loco valde distante venire, & referre que immediate antea facta sunt, tanquam si actu ea fierent, que responso præsertim à Thomistis admitti debet dicentibus Angelum posse de uno loco ad alium valde distantem migrare transeundo per medium.

ARTICULUS QUARTUS.

Objectionum Solutio.

In oppositum Primò arguit Io. de S. Thom. cum cæteris Thomistis ex loco Ezech. 28. cit. ubi Angelus ab instanti lux creationis dicitur perfectus esse in vis suis, & plenus sapientia, & perfectus decore, quæ omnia verificari non possunt, si produceretur Deo sine speciebus, sed intellectus ipse nudus & in potentia ad species, & tanquam tabula rasa; sic enim non esset plenus sapientia, sed in potentia ad illam, & actu evacuatus ab ea, sicut homo, quando nascitur. Ex quò educit, quod non solum, in eo primo instanti accepit species rerum in universali, ut solent respondere Scotistæ, sed etiam in singulari, eo quod non potuit tunc habere perfectum solum intellectum speculativum sed etiam practicum, quia habuit meritum, & meritum perfectum in dilectione Dei, & proximi, cognovitque tunc alios Angelos, multoque eorum operationes, cum naturaliter unus Angelus sit communicativus cum altero vel illuminando, vel illuminationem recipiendo, vel etiam loquendo, & sic postulat cognitionem, & species eorum in singulari; misteria etiam gratiæ, que per fidem novit in singulari cognovit; ac denique non poterat dici perfectus in vis suis, & plenus sapientia, si circa singularia esset ignorans, & solum in universali tunc cognosceret, quia scientia in communi minus apta est ad procedendum in particulari, & ita minus sapienter & perfectè disponit intellectum, nec potest qui caret tali notitia vocari plenus sapientia.

Si dicas, Angelos habuisse tunc cognitionem, & species infinitas eorum individuorum, quæ pro illa duratione exstant sive in creaturis spiritualibus, sive corporalibus non tamen pro individuis succedentibus decursu temporis, & idèd pro illis debuit habere vim acquirendi species ob objectis. Fatur Io. de S. Thom. hanc solutionem esse sufficientem ad præfatam rationem, nam quæ dicuntur in ea procedunt solum de cognitione attributa Angelo pro illo primo instanti; addit tamen revinci posse aliis rationibus ex eadem doctrina deductis, eò quod ista responsio enervat valde perfectionem Angelici intellectus, & reducit illam quantum est ex natura sua ad eundem modum intelligendi, quem habet homo; licet in isto genere vivacius, & perfectè intelligat, sicut dicitur homo magni ingenii ab aliquo valde rudi, cum tamen consistat ex dictis Angelum ex natura sua esse spiritum plenum sapientia, & perfectè intellectum, id enim significant illa verba Ezech. 28. in signaculum similitudinis plenus sapientia, & S. Dionys. cap. 7. de divinis nominibus inquit, Angelos non congregare divinam cognitionem a rebus sensibilibus; si autem talis naturæ esset Angelus, quod singularium notitiam ab ipsis objectis acciperet per species ab eis derivatas, licet eas in universali haberet infinitas, simpliciter ex natura sua non esset plenus sapientia, quia in multis posset eius notitia deficere; siquidem plurium singularium notitia careret, cum non posset ab omnibus habere species, sed solum ab illis quibus

se applicaret; Non posset autem Angelus multas singulatis, quæ simul accidunt in universo simul se applicare, ut illorum notitiam acciperet, quia dum in uno loco acciperet species eorum, quæ ibi accidunt v. grat. in Hispania, in alio distanti multa ferret, quorum notitia penitus careret.

Respondeo solutionem inter arguendum datum esse bonam cum talem esse fateatur, arguens ipse; quoniam verò totum argumentum cum replica fundatur in illis auctoritatibus Ezech. 28. & Dionys. cap. 7. cit. dico perperam ex eis præfatam dicitur deduci, quia in illo loco Ezech. 28. sicut est sermo de pulchritudine gratiæ supernaturalis, ita quoque de sapientia, & scientia supernaturali, non autem de scientia naturali, vel speciebus naturalibus; & eodem modo loquitur Dionys. unde ait Doctor ad tertium principale auctoritatem illam solvere seipsam, quia verum est quod divinas illuminationes, vel notitiam divinam à solo Deo accipiunt Angeli, & non congregant ex sensibilibus; Tum quia etiam locum illum Ezech. intelligere velimus quoque de scientia naturali, non ob id cogitur Angelo tribuere species rerum omnium tam in universali, quam in particulari; nam de sapiente quolibet iusto similia profert Ecclesia ex Scriptura, & replevit cum Dominus spiritus sapientia, &c. etiam non novit omnia in particulari, ut advertit Arriaga loc. cit. plenitudo ergo ibi denotat magnam scientiam, non tamen omnium sine ulla exceptione gratis itaque concedo Angelum plurium singularium notitia carere, neque inconveniens est ab eo cognosci non posse singularia quantumcumque distantia, quandoquidem inter obiectum, & potentiam semper exigitur distantia debita, sicut apud eos absurdum non est, quod non cognoscant omnia possibilia, neque eorum species infinitas habeat, etiam si continentur intra spheram sui adæquatæ obiecti.

Neque hinc sequitur, perfectionem intellectus Angelici reduci ad eundem modum intelligendi, quem habet homo, nec habere perfectum intellectum practicum, qui ultra notitiam rerum in universali, requirit etiam notitiam singularium. Etenim circa intellectionem singularium, à quibus species abstraheret; adhuc intellectus Angelicus humanum valde excederet, nam longè maiori distantia posset illas abstrahere; licet enim determinatum non possumus, quanta esse debeat ea approximatio obiecti ad intellectum Angelici, cum ad longam valde distantiam possint obiecta videri, quando visus est valde acutus, adhuc valde maiorem censere debemus Angelicum intellectum notabiliter humanum excedentem in vivacitate posse species ad obiectis abstrahere; tum quia cum Angelus sit in motu celerissimus, dum in Hispania accipit species eorum, quæ ibi accidunt, in imperceptibili mora potest ad locum valde distantem migrare ad accipiendas species eorum, quæ alibi sunt; præsertim cum in sententia Thomistarum possit ab extremo ad extremum migrare in quantumcumque distantia non transeundo per medium, quod valde juvabit perfectionem intellectus practici eius circa notitiam singularium, tum quia ad perfectionem intellectus practici, quantum naturaliter Angelo convenire potest, non exigitur notitia omnium singularium, sed multorum; nos verò non negamus Angelis omnes species singularium, imò tribuimus multorum, & præsertim eorum, quorum cognitio ad eius statum, & officium spectat, quod sufficit ut possit dici plenus sapientia, & perfectus tam quoad intellectum speculativum, quam practicum infra Deum, & supra totum genus humanum.

Secundò arguit Suarez cit. quia nisi Angelus haberet species creatas ignorantium haberet omnium rerum materialium, quia neque in actu, neque in habitu scientiam illarum haberet, sed tantum in potentia remota, quæ non excludit ignorantiam. Confirmatur, quia prudentia, & practica scientia circa singularia versatur ergo non possunt esse in Angelis ignorantibus singularia. Respondet Scotum non absolute negare in Angelis species singularium, sed tantum ait opus non esse quod eas habeant omnium singularium etiam de facto existentium, sed multas accipere posse ab ipsis objectis immediate; sed quoniam argui potest argumentum, quod faltem horum ignorantium haberet, nec circa talia singularia prudentiam haberet, & practicum scientiam, qualis Angelum decet; licet quid etiam ad hoc sit dicendum pateat ex proximè dictis ad argumentum præcedens, ut tamen pateat hoc argumentum ex ignorantia deducendum, quod tanto ardore loqui gerere Thomistæ, nullus esse momenti, addo etiam Arriagam eiusdem opinionis

nionis confortem ex multis capitibus eius imbecillitatem agnovisse; nam in primis ait argumentum etiam Thomistæ premere, quia licet Angelus earum rerum species haberet, cum tamen per eas non posset quidem cognoscere, nisi postea quando existunt, certe perinde habuit ignorantiam, ac si species caruisset; Neque valet effugium Suarez, nec dicitur habere ignorantiam sufficere, quod species haberet.

Quoniam, cum ille species in eorum sententia ante obiectorum existentiam tam non posset efficere cognitionem quam si nunquam infusa fuissent, toto illo tempore tam ignorans earum dicitur Angelus, quam si eas non haberet, quia tunc ad nihil prolixius deservit; Tum quia ait Arriaga, ratio ignorantia non attenditur præcisè ex carentia species admittitur ignorantia, & differentia inter scientiam, & ignorantem; ergo tota ratio ignorantia deservit ex defectu potentia proxima ad cognitionem actualem; cum igitur singularia non adhuc existentia tam non possint Angeli cognoscere, quam si non haberent species de illis, ergo de eis ignorantiam habent; sicut ergo ab eis ignorantes non dicuntur Angeli etiam si species possibilium carerent, ita neque ignorantes dici debent si carerent species aliquorum singularium iam actu existentium; quia enim ratione magis in Angeli ignorantiam resolat, quod non sciat quo velit muca, vel reparatus, quam quod non sciat alium mundum possibilem? & ratio est, quia ignorantia communiter dicitur ea nescire, quæ quis ex officio suo scire tenetur, & quorum cognitio aliquo modo ad statum eius spectat; unde optimè concludit Arriaga prius à Thomistis probari debere Angelis debitam fuisse omnium rerum actu existentium cognitionem, ut iudè, si ea carerent, dicerentur ignorantes, quam è contra probare eos debere omnino nescire, quia si non noscerent, ignorantes dicerentur.

153 Tertio arguit Granadus trañ. 3. de Angelis, nos non debere Angelos considerare, velut homines, qui habent suas ætates infantia, pueritia, iuventus, &c. in quibus paulatim proficendo in rerum cognitione maiorem, & maiorem acquirunt rerum scientiam; sed ab instanti creationis debemus eos concipere tanquam in ætate perfectæ, & virili; ac proinde nullas de novo species accipere, sed omnes ab initio recepisse. Respondet rursus Arriaga, & optimè vel argumentum nihil concludere, vel etiam arguentes premere; nam etiam si habeant species ab initio concretas, alunt tamen per eas nihil operari posse, nisi successu temporis, quando illa singularia existant; atque ita quoad profectum scientia actualis Angelus suas habebit ætates, non autem maius erit inconveniens admittere ætates in acquisitione intellectum, quam actualis scientia, cum species propter scientiam ponantur; concludit itaque hanc potius esse piam quamdam considerationem, ex qua nihil solidi inferri potest cum in homine illa ætatum diversitas non ex speciebus attendatur, quas multi negant, sed ex ipso corporis augmento, & virium valore, quo modo omnes Angeli ab initio tenes, & viri fuerit, sive plura temporis successu cognoscunt, sive non.

156 Quarto arguit rursus Io. de S. Thom. num. 17. si Angelus ex natura sua est acquisitivus specierum, non autem ex natura sua potat sibi statim à principio infandi, ita quod cum illis nascatur, & creetur; ex natura sua petit nasci ignorans, sicut homo; & consequenter non plenus sapientia, neque ut perfectæ natura in esse intellectuali, perfectæ (inquam) in actu primo, & in ratione scientia; siquidem intellectus per ipsam potentiam solum ante species non dicitur sciens in actu primo, sed solum in potentia remota, in actu autem secundo non est necesse, quod omnia consideret ab initio, quia in creaturis non est imperfectio actu non considerat aliqua, sed carere facultate proxima considerandi; Nec iuvat dicere multas species infinitas habuisse ab initio tam universalium, quam singularium; Nam hoc esset per accidens, quatenus Deus voluisset hoc illi largiri (supra debuit natura, siquidem ex natura sua esset acquisitivus illarum. In nec dicit potest; quod Angelus esset connaturaliter habere aliquas species infinitas ab initio, scilicet in universali, & de rebus incooperabilibus non de singularibus, quæ successu temporis occurrunt. Nam si huiusmodi species infinitæ taliter sunt representativæ in universali, quod non possunt deservire pro cognitione singularium, quando singularia producantur, sed opus est nova specie singulari, quando singularia producantur, sed opus est nova specie singulari, sequitur Angelum ex natura sua petere species valde imperfectas, & confusas.

Respondeo in primis etiam diceremus Angelum non esse acquisitivum specierum à rebus ipsis, non ob id opus esse dicere, quod cum eis fuerit creatus, quia cum non serviant ad rerum cognitionem, nisi quando illa fuerint productæ, & existentes, cur necessarium est ponere eas productas ab initio, quando earum nulla erant necessitas, nec futura erat, nisi post quinque millia annorum, v. g. unde connaturalis inquit Arriaga esse, ne ab citò producantur, & tanto tempore maneat otiose, ut eo tempore, quo deservire possunt, & necessitate sunt, producantur, & infundantur; Quod si dicas necessarium esse earum infusioem ab initio, ut dicatur plenus sapientia, & perfectus in actu primo, hoc parum iuvat, quia ut dictum est ad argumentum Suarez, sive illas habeat ab initio, sive non, nihil per eas operari potest, nisi successu temporis, quando res illæ extiterint, ut inquit Thomistæ; unde est quædam potentia proxima, quæ patum, vel nihil distat à remota; tam enim est impotens Angelus ad cognoscendum nunc illud obiectum, quod non existit nisi post mille annos, per eius speciem, quam modo ponit habere quam homo, qui nullam eius speciem habere supponit; quod si hanc impotentiam ignorantiam appellare velimus, tam erit ignarus unus, quam alter.

Ad argumentum itaque negatur consequentia, tum quia ignorantia non est præcisè attendenda ex carentia specierum, sed ex aliis quoque capitibus ut v. grat. ex tarditate, & hebetudine ingenii, unde hebes ingenio magis ignorans dicitur, quam alter ingenii vegeti, etiam si ambo speciebus carerent; tum quia licet species rerum non sint ita Angelo connaturales, ut petat omnes ab initio sibi infundi ex natura sua, sunt tamen quædam congruentia; ut quædam species debeantur Angelis ab initio, quæ non militent pro hominibus, ut dictum est num. 127. & 138. quod quidem sufficit, ut dicatur perfectæ creatura in esse intellectuali, & productus ab initio sapientia plenus, & perfectè sciens in actu primo; non enim ad hoc opus est, ut omnes profectus res huius universi cognoscant, vel earum species habeat, sed solum præcipua, & alicuius momenti; quid enim refert ad plenitudinem sapientia Angelis, ut sciat an pulx sit in hoc lecto, aut in hoc, vel illo loco? Deus quidem hæc etiam minutissima scire tenetur (licet non de fuerit, quia etiam hoc de Deo negasse videntur cum omnia producat, & conservet, & singulis provideat, quod non facit Angelus. Neque ex eo, quod in sensu declarato petat species infinitas quidditatum, sequitur quod petat species valde imperfectas, & confusas, quatenus confusæ singularia repræsentant, licet enim sic singularia repræsentent, naturas tamen ipsas communes distindè & clarè repræsentant quoad earum prædicata essentialia propria, & communia, pro distincta verò singularium cognitione debent infundi propriæ species, vel ab ipsis accipiendæ, quando extiterint.

Quintò deinde arguit num. 19. hoc etiam respugnare ex parte obiectorum materialium; nam vel accipit ab ipsis obiectis species purificatas, & denudatas à conditionibus individuantiis, & universali repræsentantes, vel non; sed directè repræsentant ipsa singularia materialia in se; si primum, ergo remanebit Angelus ex natura rei cum cognitione valde confusa, & solum in communi, quia per tales species abstractas directè non repræsentantur singularia; si secundum, illæ species nihil differunt à sensibilibus, quales sunt species sensibus impressæ, quæ repræsentant singularia materialia, & essent imperfectiores speciebus nostri intellectus, quia nostræ species repræsentant res in abstracto, & universaliter; illæ autem species, quas Angeli acciperent à rebus, repræsentant singulariter, & quilibet suum determinatum individuum tantum, & sic quantumcumque essent spirituales, essent tamen in repræsentando minus universales, & perfectæ, quam species nostri intellectus, quia magis restrictæ, ac determinatæ essent.

Respondeo, Angelum utroque modo species abstrahere posse à singularibus materialibus, primo quidem modo si intendit abstrahere speciem ipsam universalem, quæ potest à singulari abstrahi ratione naturæ communis in ipso contentæ, neque cognitio pro talem speciem habita debet dici confusa, & indistincta respectu ipsius quidditatis, & naturæ communis, cum cum repræsentent quoad omnia sua essentialia prædicata, ut dictum est ad argumentum præcedens; sed tantum dici debet confusa respectu singularium, quæ per ipsam repræsentant tantum in universali, & in prædicatis communibus abstrahit

hit vero species secundo modo, quando intendit abstrahere speciem ipsam à singulari, & illud distinctè representantem; ad primam improbationem nego, quod tales species à conditionibus individualibus non præcidentes nihil differunt à sensibilibus nostris sensibus impressis, cum enim sint materiales, & extensæ representant singulare materiali modo, & indivisibilitèr non ita illa, cum sint spirituales; ad aliam improbationem, nego item consequentiam; quia cum species singularis possit etiam representare universale, ut dicam q. seg. species singularis ab Angelo abstracta potest etiam in abstracto representare, & universaliter, unde falsum est, quod esset magis restricta in representando, quam species nostri intellectus, ac minus perfecta.

158 Sexto arguunt alii communiter, corpus non potest agere in spiritum; ergo nequit Angelus à rebus materialibus species accipere, probatur assumptum, quia agens est præstantius passivo, sed corpus non est præstantius spiritui ex Augustini 12. super Genes. Respondet Doctor *quæst. cit. ad secundum assumptum esse verum de actione corporali, non autem intentionali, & de causa totali, non autem partiali, & præterit minus principali; sic enim corpus agere potest in spiritum, & in eo producere qualitates spirituales; unde phantasma cum intellectu agente causat speciem intelligibilem in intellectu possibili, ut constat ex secunda, & tertia ratione pro prima conclusione. Sed instant Thomistæ, communiter negari hac ratione oculum corporeum posse elevari ad videndum Deum, ac etiam à Scoto 4. dist. 44. quæst. 2. ignem inferni posse elevari ad cruciandas physice animas, eò quia corporale nequit agere in spirituale; ergo non iuvat distinctio de causa totali, & partiali, quia etiam sufficeret ad salvandum, quod oculus corporeus per modum cause partialis possit elevari ad videndum Deum, & ignis ad cruciandas physice spiritus, nec etiam distinctio de actione intentionali per modum obiecti & de actione reali per modum potentie effectivæ; nam ratio quare potentia corporea non possit operari circa obiectum spirituale, est ipsa corporeitas; ergo eadem ratio nequit obiectum materiale movere potentiam spirituales, par enim est proportio potentie corporalis ad obiectum spirituale, & obiecti materialis ad potentiam spirituales.*

Respondendo negando paritatem de oculo corporeo in ordine ad videndum Deum, & de obiecto materiali in ordine ad movendum intellectum, etenim ut notat Doctor 4. dist. 49. quæst. 14. D. potentia operatur circa obiectum actione immanentem recipiendo nimirum in se suam operationem, quare cum potentia materialis nequeat in se recipere actum spirituale, sed tantum materiale, & per talem actum nequeat tendere in obiectum spirituale; hinc est, quod oculus corporeus nequit elevari efficiendam beatificam visionem, qua tendat in Deum, nec per modum cause totalis, nec per modum partialis, ut diximus *dist. 4. de anima quæst. 3. num. 22.* quando verò è contra obiectum agit in potentiam, agit actione veluti transeuntis, quia effectus tali actione productus sive sit species impressa, sive expressa, non recipitur in obiecto, sed in ipsa potentia mota, & excitata ab ipso; & hinc est quod sine ulla repugnantia potest obiectum materiale per modum cause partialis agere in potentiam spirituales, producendo in ipsa effectum immaterialem; unde oculus corporeus elevari nequit ad videndum Deum, non eò prædicte, quia non possit elevari à causa magis principali ad procedendum effectum, & qualitates spirituales per modum cause partialis minus principalis, sed quia non potest in se talem qualitatem recipere, qua tendat in obiectum spirituale, & aliis etiam de causis *loc. cit. adductis.*

Ad illud de igne inferni, idè negat Doctor posse physice elevari ad cruciandas animas, quia in tali actione esset causa totalis in ordine causarum secundarum, cum nulla alia causa secunda magis principalis ponatur secum concurrere, sicut in presenti ponitur cum obiecto materiali concurrere intellectus agens ad productionem specierum; & quia concurrente, ut causa totalis, producere non possit, nisi materiale qualitates, quæ in puro spiritu recipiuntur; hac ratione inquit ignem elevari non potest ad cruciandas physice animas, sed tantum obiectivè illas intentionaliter immutando modo infra suo loco postea explicando, unde eam actionem quam hic concedit obiectis materialibus in intellectu Angelicum, concedit etiam ibi igni in damones, & animas separatas, sed de

actione corporis in spiritum vide doctrinam mirabilem 3. dist. 9. quæst. 2. sub R.

159 Septimo, si Angelus possit ab obiectis materialibus species accipere, hæc eadem facultas etiam anime separatae concedi debet, quod est absurdum; sequela patet à paritate rationis præterit cum multo certius fit in anima separata esse intellectum agentem, quam in Angelis; absurditas verò consequens probatur, quia sequeretur animas separatas naturali virtute posse cognoscere ea, quæ post mortem in terris geruntur, siquidem illis conceditur vis broducendi in se species rerum, quæ existunt; at verò animas separatas sine revelatione Dei, vel Angelorum nihil scire ex his, quæ sunt in mundo docet sanctus Augustinus lib. de cura pro mortuis cap. 13. idque asserit consistere ex Scriptura, consentit D. Gregor. lib. 10. moral. & idem supponit Concil. Senonense in decretis fidei cap. 13. ubi ait animas Sanctorum idè cognoscere orationes nostras, quod illis pervium fit divinitatis speculum, idè quia Deum vident.

Respondet Doctor 4. dist. 45. quæst. 2. concedendo consequentiam, negando absurditatem consequentis, ad probationem ait in solutione ad tertium principale posse animam separata, quantum est ex se casualiter acquirere notitiam, si tamen obiectum fuerit in debita distantia, quæ requiritur determinata presentia, & approximatio obiecti ad potentiam; illam autem determinatam presentiam, impedit proportio distantia; nec mirum, quia ad minus obiectum, quod est aliquo modo activum, non potest agere in passivum quantumcumque diffusum, & per consequens, negat animas separatas in Cælo, vel inferno degentes posse cognoscere quæ geruntur in terris sine Dei revelatione, vel Angelorum, quia non potest respectu obiecti quantumcumque localiter distantis notitia causari in intellectu parato, sicut nec in coniuncto; Alia argumenta probantia Angelos ab obiectis materialibus species accipere non posse soluta sunt q. prædicte.

ARTICULUS QUINTUS.

Obiectiones contra species ex obiectis immaterialibus acquisibilibus.

160 Vltimus Thomistæ arguunt, Angelos neque ab obiectis immaterialibus species desumere posse, de quibus tamen minor videbatur difficultas; Primo, quia si unus Angelus esset productivus speciei expressæ, vel impressæ sui ipsius in altero, deberet illi in intellectu eius, sit illapsum in creaturam esse proprius Dei, ut sapè testantur Patres, ergo &c. maior probatur, quia illi menti nihil aliud est, quam intra illam existendo cause effecticè immutare; hæc verò causalitatem, & vim immutativam intra intellectum alterius Angelus non habet, quia intra intellectum operari immutando ipsum, tanquam ab agente extrinseco, sicut & intra voluntatem, solius Dei est, quia tales potentias creat; quamvis ergò illapsum localis Angelo non reputet, quia ad hoc non requiritur causalitas intra rem, sed non obstantia ad occupandum locum, illapsum tamen intra essentiam, vel intellectum alterius cum ea causalitate illi nullatenus convenire potest; ita hæc rationem proponit Ioan. de S. Thom. *art. 2. cit. num. 22.* quam appellat à priori. Ex qua etiam deducit à posteriori, quia si unus Angelus possit interior illi utique operando, & immutando intellectum alterius; possit etiam intelligere cogitationes cordis eius, quia non est ratio cur hæc vim immutandi inius ipsum intellectum, & non habeat facultatem cognoscendi illud, quod immutat, & in quod agit videndo quid operetur.

Hæc ratio, quam vocant à priori, futills omnino censetur ab Arriaga, Suarez, & aliis eiosdem opinionis consoribus, & facile solvitur, quia illapsum propriè dictus, qui soli Deo convenit respectu aliarum substantiarum non sufficiens explicavit per illam intimam existentiam in intellectu alterius, & vim illius immutativam, sed per hoc explicari debet, quod una substantia sit in alia intinè illam continendo in suo esse, tanquam habens dominium, & potestatem in illam, quo sensu inter substantias spirituales solus Deus cæteris illapsum, quarens ipse folus continere omnes alias in esse; unde autem Angelus quantumvis sit intinè alteri presentis, eiusque intellectum immutat; quia tamen in suo esse ab eo non dependet, non dicitur illi in mentem eius illapsum propriè dicto, quia non ob id Angelus intel-

intellectus est in intelligente, tanquam conservans illum in esse, nec tanquam illi efficacie prædominans, vel tanquam vim intelligendi; ad argumentum itaque negatur maior cum eius probatione, quia ad hoc, ut unus Angelus causet in intellectu alterius speciem sui impressam, vel expressam, non est opus quod ei illabatur modo prædicto; sed sufficit, ut assistat illi, vel omnino simul secundum localem presentiam, vel secundum aliquam sufficientem propinquitatem, & quod illum obiectivè determinet ad talem actum non tantum illum terminando, sed etiam illum efficiendo, ut notavit Suarez *op. cit. cap. 5.* alioquin eadem ratione universaliter loquendo, quando aliquid obiectum immutat intellectum nostrum imprimendo in eo sui speciem expressam, vel impressam diceretur illi illabi. Ad aliam rationem à posteriori patet inferius, posse unum Angelum quantum est ex natura sua, intelligere cogitationes alterius abique quod ejus menti illabatur illapsum propriè dicto, qui solo Deo convenit; quod si teneatur oppositum, scilicet unum alterius cogitationes cognoscere non posse; tunc adhuc negandum est ex hoc, quod unus possit imprimere sui speciem impressam, vel expressam in intellectu alterius, seque quod etiam cognoscere possit, quæ Angelus ille cogitat de aliis obiectis.

161 Secundo, arguunt alii ex immaterialitate speciei, requiritur enim ut species sit æque immaterialis cum potentia; sed Angelus inferior non est tam immaterialis, quam superior; ergo saltem hic non poterit concurrere cum superiori, etiam si æqualis, possit cum æquali, vel cum inferiori. Hoc etiam argumentum nullius est momenti, primò quia universaliter concludit de omni Angelo, quod non sit productivus speciei suæ in mente altero, deinde quia nihil absolute concludit; nam si immaterialitas (sumatur pro penetrabilitate, aut carentia partium, ut propriè sumi solet; falsum est, quod species producta ab Angelo in inferiori in intellectu superioris non sit æque immaterialis cum potentia, in qua recipitur, cum sit qualitas omnino spiritualis & inextensa in suo genere, sicut ipsa substantia Angeli in suo; ac etiam falsum est Angelum inferiorem non esse, æque immaterialem, ac superiorem eò eandem rationem; si verò per esse æque immateriale intelligatur esse æque perfectum, sic utique species esse nequit æque immaterialis, ac potentia, in qua recipitur; nam species est accidens Angelo in hærens; sed in hoc sensu falsa est omnino maior, & hinc sequeretur nec etiam Angelum superiorem posse speciem sui producere in inferiori, quia Angelus inferior est longè perfectior, quam species à superiori accepta, cum ille sit substantia, & hæc accidens, quare argumentum nihil prorsus concludit.

162 Tertio alii ex eodem immaterialitatis medio aliud deducunt argumentum, quia unus Angelus ab alio distans potest illum cognoscere, & tamen non videtur posse ab illo accipere speciem, quia illam non potest producere in distans, nisi per medium; medium autem cum sit corporeum non est capax recipiendi species spirituales; ergo ad summum tunc solum quando indistans est, ac præterit poterit imprimere alteri Angelo speciem sui; unde etiam tunc solum quando Angeli sunt sibi præterit, poterunt se intuitivè cognoscere, quod est satis durum.

Respondet Averla *loc. cit.* vel unum Angelum posse imprimere speciem sui in intellectu distans, quod sanè facilius est in productione effectus spiritualis ex natura sua abstracti à medio corporeo, quam effectus materialis; Vel est Angelus indiget presentia ad imprimendam speciem sui, hæc species non dependet deinceps in conservari ab eodem Angelo; non enim le habebit, sicut species corporeæ deferentes sensibus exteriis; sed potius sicut species tum intelligibiles, tum etiam sensibiles sensuum interiorum, quæ non conservantur deinceps ab obiectis, & permanente ergo in intellectu unius Angelus species alterius, poterit unus alium cognoscere intuitivè, si ad cognitionem intuitivam satis est cognoscere obiectum, ut actu existens; nam si opus etiam sit cognoscere, ut loco præterit cognitio non est intuitiva, non quidem ex defectu speciei; sed ex defectu presentie obiecti. Hæc est bona responsio, si rectè intelligatur, nam quoad primam partem quod obiecta spiritualia possint emittere speciem in intellectu distans, verum est, quia nihil impedit; est enim agentia materialia regulariter non agunt in distans, nisi per medium, ut pluribus experientias probati solet; illa tamen non probant de causis immaterialibus quoad effectus, quorum medium non est capax, quales effectus sunt cogniciones, & species earum; & idem utendum est etiam de obiectis materialibus, quoad produ-

ctionem suarum specierum in intellectu Angelico distans, ad quas diximus ipsa obiecta parialiter, & minus principaliter concurrere, quamvis enim quoad alios effectus materiales non possent agere in loco distans, quin agant in medium; id tamen opus non est in productione talis effectus spiritualis, cum medium illius non sit capax, & nihil profus conferta ad ejus productionem.

Cum autem dicimus, distans localem horum effectuum productionem non impedire in intellectu Angelico, id eò modo intelligendum est quo docet Doctor *loc. cit. 4. dist. 45. quæstion. 2.* in fine, ut scilicet sit moderata distantia, quia in creatis, inquit, requiritur semper determinata presentia obiecti ad potentiam; quamvis enim substantie spirituales non sint in loco circumscriptivè, quia tamen sunt in loco definitivè, ac earum presentia localis limitata est; idè etiam ad actiones substantie separate requiritur determinata distantia, quod ibi probat ex Aristoteli 7. & 8. *Phys.* Quod verò dicebat Averla posse unum Angelum per speciem semel ab eo receptam, illum intuitivè cognoscere in quacunque distantia, non est probabilis, quia cognitio intuitiva etiam ex vi nominis, ut ajunt Philosophi, ad difficultatem abstractivæ, non abstractit ab hic, & nunc, unde non solum requirit, ut terminetur ad obiectum actu existens, sed etiam actu in se præterit, ac in prospectu potentie in proportionata distantia, ut dictum est *disputat. 6. de anima qu. 4. art. 2.*

163 Quarto arguunt alii; vel talis species causaretur à substantia Angeli cognitur naturaliter, vel liberè; non liberè, quia alias esset in potestate unius Angeli ita se abscondere, & occultare aliis, ut ab ipsis nullatenus cognosceretur; si videlicet noller speciem sui in illis imprimere, quod non solum esset magna imperfectio republice Angelicæ, sed etiam contra mutuum ipsorum societatem, & amicitiam, sed neque etiam naturaliter, tum quia sequeretur, quod etiam naturaliter produceretur species cogitationis alterius Angeli, & sic naturaliter intelligeretur invito Angeli, neque enim potius produci deberet species substantie Angeli, quam cogitationis ipsius; cum quia agens liberum debet habere tale dominium supra actiones suas, ut nulla possit esse eo invito, aut sine subordinationem ad ipsum voluntatem.

Respondendo naturaliter causari, quia unus Angelus nec potest se alteri occultare, cum fuerit in debita distantia, nec sui speciem illi denegare, cum impressio speciei ab obiectis sit omnino naturalis, & non subiecta imperio sui voluntatis; cum additur idiplum fore dicendum de cogitationibus Angeli; Scotistæ admittentes Angelum quantum est ex natura sua, nisi impediretur à Deo, posse eas cognoscere, admittent sequelam; alii verò id non admittentes negant paritatem, quia unus Angelus occultare potest alteri suos actus liberos, non tamen substantiam suam, vel ea, quæ ipsi naturalia sunt; illud enim ponitur tanquam speciale privilegium cogitationum cordium, quod firmat regulam quoad cætera omnia, quæ in Angelo sunt, ut omnia possint ab aliis cognosci, nec possint ab altero occultari; unde sicut est inconveniens in hac communi sententia, quod cogitationes cordium intelligantur per species infusas in vivo Angelo, quamvis eo invito per tales species possit ejus substantia intelligi; ita ob eandem inconvenientiam dici non debet, quod cogitationes ipsius causent speciem eo invito, quamvis substantia causaret; falsum est etiam agens liberum debere habere tale dominium supra actiones suas ut nulla possit esse eo invito, nam actus intellectus ex se formaliter sunt necessarii, & primæ rerum cogniciones non sunt in potestate nostra, unde dicebat D. Augustinus impossibile esse quoniam vis tangamur.

164 Sed instat Suarez, quod si Michael verb. grat. esset productivus naturaliter specierum in altero Angelo, ergo quoties in illum de novo incideret, produceret novas, & novas species, quod videtur absurdum. Verum hæc difficultas urget etiam de obiectis materialibus respectu sensuum interiorum, & intellectus conjuncti, quorum species sunt permanentes, & non dependentes in conservari à presentia obiectorum, sicut species exteriorum; urgetur, inquam, quod quando pluries incidimus in idem obiectum, semper novas; & novas species acciperemus ejusdem obiecti, cum tales species ab eo naturaliter producerentur; unde quod diceretur in hoc casu de homine, dicendum quod esse de Angelo; & idè benè inquit Arriaga, quod si prima vice produxit Michael in intellectu alterius Angeli speciem sui intensionem, quam potest; non dari locum, ut secundo incidens in illum producat aliam, sicut si semel calidam, ut octo pro-

produci in passio calorem, ut ostendit, postea secundo, & tertio ei passio applicetur, non amplius illud intendit, quia simile non agit in simile; si vero prima vice non produxit tam intensam, quam potest, tunc secunda vice intendit eam speciem priorem, ex quo nullum sequitur absurdum. Dices non videri credibile eundem Angelum habere virtutem producendi simul, & semel tot species in tot Angelorum millibus, qui possunt esse et praesentes in Caelo, & in proportionata distantia. Respondeo hanc difficultatem quoque aequè utgere in qualibet creatura materiali, quae sphaerice diffundit species vivas sui in omnes partes per circuitum, & ad omnia puncta spatii, ex quibus videri potest, ut patet de Sole per totum hemisphaerium radios simul, & semel diffundente; unde quod dicitur in hoc casu de creatura materiali, idem quoque de Angelo dici poterit, ac debet servata proportione.

165 Quibus arguit Suarez *et. cap. 3.* quando duo concurrunt per se ad aliquam actionem necesse est, ut in operatio unius alteri subordinetur, itaut ad motionem, vel influxum unius alterum cooperetur, ut patet generaliter in omnibus causis, quae simul requiruntur ad aliquam operationem; sed neque Angelus cognoscens subordinatur hoc modo per suam substantiam Angelo cognito, neque Angelus cognitus cognoscens, quia uterque liber est quantum ad huiusmodi concursum praestandum, est enim positum in libertate. Angeli cognoscere, vel non cognoscere alium, & cognosci, vel non cognosci ab alio; ergo ad huiusmodi subordinationem habendam ultra substantiam Angeli cogniti requiritur aliquid, quo medio unius intellectus cognoscens, & ipsi subordinetur, hoc autem non est aliud, nisi species infusa intelligibilis illius. Respondeo ex dictis ad argumentum praecedens quicquid sit de majori, in qua negari videtur duas causas ex aequo ad eundem effectum concurrere potest absque subordinatione unius ad alteram, negando minorem cum eius probatione; minime enim repugnat Angelum esse necessarium ad producendum speciem, vel cognitionem sui, & saltem esse liberum ad omnes suas actiones, quia nulla est repugnantia in eo, quod Angelus sit liber ad anorem, odium, motum localem, non vero productionem specierum; Et sic pariter ex parte Angeli cognoscens dici potest ipsum non esse liberum ad primam cognitionem alterius, ita ut accidens Gabriele ad Michaelem in debita, & proportionata distantia, ille non potest non cognosci ab isto, nam actus intellectus sunt necessarii, & praesertim quoad primam obiectorum cognitionem, ut dicebam; nam quoad alias sequentes potest esse liber per subordinationem ad voluntatem, quatenus ad libitum tunc potest speciebus obiectorum, quae remanserunt impressae post primam obiectorum cognitionem.

Quaes quid fit de facto dicendum supposita virtute in Angelo producendi suam speciem in intellectu alterius, an de facto eam producat, an potius quilibet haberit ab initio creationis species infusas omnium Angelorum. Respondet Artiaga *et. & optime* quidem rem esse dubiam, tum quia sub lite est, an quilibet ab instanti creationis haberit species omnium rerum existentium; tum quia cum omnes fuerint simul creati, & forte non in maxima distantia unus ab alio, poterunt in eodem instanti unus in altero casus species producere, quod aliqua firma ratione reici non potest, supposita in ipsis tali virtute productiva specierum; Bassolius tamen, & alii etiam nostrae opinionis concedunt habuisse Angelum ab initio species omnium individuorum incorruptibilem.

QUESTIO SEPTIMA.

An una species possit plures quidditates distincte representare, itaut superius Angelus per pauciores, ac universales species intelligat.

ARTICULUS PRIMUS.

Aperitur status questionis rejecta unius Scotista discordia, & alterius concordia.

166 Pro intelligentia questionis advertendum est, controversiam non esse de quidditatibus essentialiter subordinatis, ut funt gradus metaphysici praedicamentorum continentes a generalissimo usque ad infinitum specificum in plura singularia per plures individuales differentias divisibiles, cum enim ista se habeant sicut superiores, & inferiores, & in inferiori continentur actualiter, ac essentialiter gradus omnes superiores, quavis probabile fit unamquodque per propriam speciem intelligi posse, probabilius tamen Scotista passim censent cum Doctore 1. *dist. 2. q. 2. §. quinto* dico magis, & minus universale posse per eandem speciem cognosci, ita nimirum, ut magis universalis, vel singularis, & ita iam determinavimus *dist. 6. de anima q. 7. art. 2. num. 217.* & hac evidenti ratione stabilivimus; sicut se habet singulare ad universale in essendo, ita representativa ipsorum, quae sunt species illa obiecta representantes, se habeant in representando; sed singulare continet universale essentialiter, & inferiori omnes gradus superiores; ergo representativum singularis formaliter, erit quoque virtualiter representativum universalis.

Verum quavis hac sit communis opinio inter Scotistas, oppositum nihilominus ut probabilis tenet de mente Scoti Auctor controversiarum inter Scotistas *contra. 30.* ubi proinde asserit *concl. 2.* Angelum non posse cognoscere abstractivè loquendo magis universale per speciem minus universalis, neque per speciem singularis cognoscere praedicata superiora in ipso singulari contenta, sed tot erant species, quod praedicata; Et ad rationem altam respondet distinguendo minorem, accipiendo minus universale, vel singulare sine theogorematicè, concedit, theogorematicè solum, negat; sic enim est una entitas formaliter distincta à partibus, absoluta, & ad se, quae cognoscitur sine dependentia ad partes, quia supponitur non cognosci cum tali relatione dependentiae ad partes, sic enim nequit cognosci, nisi cognitis partibus, & cognoscitur ut talis entitas, nec ut entitas totius reduplicativè, nec partis, sed ut sic absolute, quam responsum ait esse Lichei *r. dist. 3. q. 2. §. sed occurrunt aliqua dubia*, cuiusiam tribuit hanc opinionem ibidem verbi *ad tertium dico*, scilicet quod magis universale nequit abstractivè cognosci per speciem minus universalis. Ceterum non semel dixi huic Auctori non multum esse fidendum, dum pro suis placitis citat Doctorem, vel alios Scotistas, nam saepe vel fallitur ipse, vel alios vult fallere, & ita est in proposito, nam eam opinionem apud Lichetum loco ab ipso citato non invenio, nam ibi *ad 3. ait*, quod loquendo de toto essentiali alia cognitione à nobis cognoscitur totum, & alia, & alia partes, & sic alia cognitione cognoscit hominem, & alia corpus, & alia animam; similiter alia cognitione cognoscit hominem, alia animal, alia corpus, & sic ascendendo; & quod cognitio hominis praesè remittat ad hominem, & cognitio animalis ad animal, &c. non tamen ibi negat Lichet. cognitiones illas distinctas graduum universalium haberi non posse per speciem minus universalis: immo hoc ibi expressè concedit immediate supra in solutione ad 2. dubium, dum ait, tenendo quod magis universale cognoscatur abstractivè per speciem minus universalis, tunc species illa poterit partialiter causare notitiam totius, & omnium ad quidditatem ipsius pertinentium, ut supra patuit *qu. 1.* quia obiectum causat cognitionem sui, & omnium virtualiter, vel essentialiter contentorum: ita Lichei. ibi. ex quo patet ipsum stare pro communi Scotistarum opinione, & praesertim Auctorem hallucinatum esse vehementer in intelligentia Lichei, imò & ipsius quaestio; nam aliud est dicere, quod magis, & minus universale non possit per eandem actum cognosci, sed attingi debeant diversis cognitionibus, itaut tot sint cognitiones, quot sunt praedicata, & gradus cogniti; aliud verò quod singulae istae cognitiones nequeant haberi per eandem speciem minus universalis; primum affirmat Lichetus, non secundum, & concedendo primum adhuc debet negari secundum.

Nec minus ea responso est Lichei, nec digna, ut apud ipsum inveniat, quia continet absurdum omnino doctrinam, & terminos male intellectos, & explicatos: nam ea distinctio totius theogorematicè, & sine theogorematicè habetur à Scoto 4. *dist. 11. q. 1. A.* ubi ait totum primo modo importare integrum, seu constitutum ex partibus, secundo verò modo supponere pro omni, & qualibet parte praesè; quando igitur in argumento dicitur quod minus universale quidditative, & ut partes essentialis sui continet magis universalis, male conceditur de minus universalis sine theogorematicè sumpto, quia continere partes, & esse integrum ex partibus non pertinet ad totum sine theogorematicè, sed theogorematicè sumptum ex explicacione Scoti relata; imò totum sine theogorematicè sumptum potius habet rationem

tionem contenti, quam continentis, quia supponit pro omni, & qualibet parte distributivè, quae reperitur in toto; Et adhuc pejus negatur de toto theogorematicè sumpto, quia ad hoc proprie spectat continere partes, cum imponet totum id, quod integratur ex partibus, & tandem pessime dicitur, quod ut sic cognosci possit sine dependentia ad partes, quia ut sic, nempe theogorematicè sumptum, vel est entitas simplex, vel composita, non primum, ut de se constat; sic secundum, ergo nequit cognosci sine partibus, sine sine dependentia ad partes, five eadem cognitione cognoscatur cum ipso, five diversè; Et cum inquit quod ut sic, sic licet theogorematicè sumptum nec cognoscatur ut entitas totius reduplicativè, nec partis, sed ut sic absolute, & ut talis entitas. Hoc omnino repugnat Scoto *loc. citat.* ubi ait totum theogorematicè sumptum accipi pro integro ex partibus, ac etiam 3. *dist. 2. quaest. 2. §. quantum ad tertium & dist. 2. 2. quaest. un. §. quantum ergo & 4. dist. 12. quaest. 3.* quibus in locis docet partes esse de essentia totius etiam in abstracto, & nunquam totum posse à partibus praesèdicere quantumcumque praesèdicere entitas illa totius consideretur; implicat igitur totum sine physicum, five metaphysicum etiam theogorematicè sumptum posse cognosci sine dependentia ad partes, ut fusi dixi *disput. 5. Phyl. quaest. 13. art. 1.* ubi etiam *num. 153.* explicavi, quomodo adhuc in tali consideratione sit entitas absoluta.

169 Sed videamus quaestio, unde si motus sit hic Auctor ad alterendum contra communem Scotistarum, quod magis universale cognosci nequeat per speciem minus universalis, vel singularis: ait moyses ex Scoto 2. *dist. 3. quaest. 11. D.* dicente singulare non posse cognosci per speciem universalis, eo quia sicut universale non est tota entitas singularis, ita nec tota cognoscibilitas, idem habet 3. *dist. 1. 4. quaest. 3.* sub A. et ego e contra cum singulari non sit tota entitas universalium, sed quod distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa. Deinde quia licet 1. *dist. 3. quaest. 2. §. quinto* dico videatur problematicè procedere, dum tamen se declarat ait *scilicet illud, quod potest imprimere, vel causare speciem minus universalis in intellectu, potest etiam causare speciem minus universalis, &c.* Itaque aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis; & aliud est dicere species singularis, vel minus universalis posse representare magis universalis; primum est verum, quia minus universalis sine theogorematicè sumpta includunt in se magis universalis, cum sint partes essentialis illorum, & consequenter possunt producere cognitionem, & species superiorum. Demum probat ex Scoto ibi quia quodcumque singulare potest cognosci distinctè, & confusè tam intuitivè, quam abstractivè; cognoscere distinctè est cognoscere aliquid quoad omnes partes ejus, & praedicata essentialia; sit ergo eadem species representans v.g. humanitatem representat etiam animalitatem, & omnia superiora, statim ac cognoscitur homo, cognoscuntur omnia praedicata superiora, cum habeat omnia quae representat; Imò potest quis siltere in mera cognitione unius praedicati, sicut enim quodcumque praedicatum superioris habet proprie formalitatem, & essentiam ab alio formaliter distinctam; ita potest cognitione distincta cognosci tam intuitivè, quam abstractivè; itaque cognitio hominis absolute sumpta est distincta, quatenus distinctè explicat illam tertiam entitatem, est tamen confusa, pro quanto non explicat, nec representat naturam partium ipsius hominis; alia ergo cognitione cognoscitur homo, & alia cognoscuntur partes, scilicet animal, rationale, substantia, &c. Confirma species impressa est similitudo obiecti suo modo, vel species expressa, seu cognitio ipsa, ergo sicut eadem cognitione non possumus distinctè obiecta cognoscere, ita nec eadem species poterit plura representare.

170 Ceterum ad eam partem problematis amplectendam potius moveri debebat tribus illis, vel quatuor rationibus, quas ad eam probandum adhibuit Doctor 1. *dist. 2. quaest. 6. §. contra istam opinionem*, & nos examinavimus *dist. 6. de anima num. 222.* non autem ex praedictis, quae omnino frivola sunt, & nullius momenti, & plane omnino ridiculum est ad hoc probandum adducere rationem, quae probavit Doctor 2. *dist. 3. q. 11. D.* singulare per speciem universalis cognosci non posse, nam ea ratio directè probat oppositum nempe universale e contra per speciem singularis cognosci posse; argumentum enim est hoc, tota entitas singularis non continetur sub universalis, seu in universalis; ergo similiter nec tota cognoscibilitas singularis continetur sub cognoscibilitate universalis, viam autem huius rationis explicavit jam Doctor *quaest. 10. praecedenti* lit. C. hic arguendo, nihil est ratio cogno-

scendi alterum perfectè, nisi sit propria ratio ejus, vel continet propriam rationem ejus cognoscendi; ergo quia aliqua est entitas in inferiori, quae non continetur in superiori, igitur similiter in cognoscibilitate, quare &c. Sed ratio Scoti sic intellecta, non video ex quo loco topico arguat Auctor ille a pari dicens, ergo e contra cum singularis non sit tota entitas universalium, sed quid distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa, nam potius oppositum omnino deducere debebat; sed ejus hallucinatio ex eo processit, quod in argumento considerando noluit uti terminis Scotici; Scotus enim non utitur verbo esse, sed verbo contineri, dicens tota entitas singularis non continetur in universalis, ergo nec patitur tota cognoscibilitas: si ergo antecedens illud ab arguente assumptum, tamquam Scoticum, sicut univèrsale non est tota entitas singularis, ita nec tota cognoscibilitas aequivalet illi, quod ponitur à Scoto, sicut tota entitas singularis non continetur in universalis, ita nec tota cognoscibilitas, quae modo etiam loquitur, loco ab ipso citato 3. *dist. 1. 4. quaest. 3.* infra A. ubi ait, sicut universale non dicit totam entitatem singularium sic nec cognoscibilitatem; si, inquam, antecedens illud sic intelligatur, tunc nego consequentiam ex paritate deductam, cum inquit, ergo cum singulare non sit tota entitas universalium, sed quidem distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa, nam in eodem sensu e contra ratio singularis dici debet tota entitas universalis, quatenus in se dicit, & continet totam entitatem universalis; ex quo opposita consequentia deduci debet, quod species singularis erit ratio cognoscendi illud, quia si continet illud quoad entitatem, continet etiam quoad cognoscibilitatem; quod ad eod de se clarum est, quod neque Tyro eam consequentiam deduxisset, quod autem singulare superaddat quid distinctum praedicatis universalibus, non impedit, quin adhuc continet totam eorum entitatem, licet non totaliter, & adaequate; sed facit quod ultra eorum entitatem aliquid etiam superadditur includa, nempe differentiam individualem.

Neque etiam magis accuratè deduxit aliam rationem ex eo, quod habet Doctor 1. *dist. 3. quaest. 2. §. quinto* dico, dum ait, quod potest causare speciem minus universalis in intellectu posse etiam causare speciem minus universalis, &c. Itaque aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis; nam inde quoque potius oppositum deducere debebat, etenim ex illo Scoti asserto ibidem Scotista passim deducunt probabilius ipsum tenuisse, quod magis universale possit cognosci per speciem minus universalis; Neque enim absolute verum est, quod ait arguens, quod aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis, & aliud est dicere singularis, vel minus universalis posse representare magis universalis, non, inquam, id absolute verum est, quia hoc secundum necessarium sequitur ex illo primo, quod ex ejus dictis probandum est enim ipse, primum esse verum, quia minus universalis includunt in se magis universalis, cum sint partes essentialis illorum, & consequenter possunt producere cognitionem, & species superiorum, ut aiebat Doctor: quod continet aliud quoad entitatem, continet etiam quoad cognoscibilitatem, ergo sicut Doctor ex hoc medio locis citatis deducebat singulare, & minus universale non posse cognosci per speciem magis universalis, quia non continet totam entitatem singularis, e contra deduci debet magis universale posse cognosci per speciem singularis, quia singulare continet totam entitatem universalis, probatur consequentia, quia ex primo posteriori in causis praesècis sicut affirmatio est causa affirmatioms, ita negatio negationis, & e contra, ergo si non continetia singularis in universalis est causa praesècis, cur non possit cognosci per speciem universalis, e contra à pari contentia universalis in singulari erit causa praesècis, & sufficientissima, cur possit cognosci per speciem singularis. Confirmata, quia si singulare habet virtutem producendi in intellectu speciem magis universalis, ergo pariter species singularis virtutem habet producendi immediate cognitionem universalis, probatur consequentia, quia species in esse representativa continet totum id, quod à suo obiecto continetur in esse reali, ac entitativo, cum sit adaequata ejus similitudo quoad omnem gradum entitatis: ergo sicut eod quod singulare continet realiter entitatem universalis, potest ejus speciem producere, ita pariter; quia species singularis continet in esse representativa, & intentionali entitatem universalis, poterit ejus cognitionem producere.

Tertia tandem ratio, quam inquit habere à Scoto locis citatis ab ipso, non reperitur 1. *dist. 3. q. 6. contra istam opinionem*, & longe clarior, & distincta, quia scilicet universalis